

MARSIL FICIN
IN LIBR
DE SOLE 1493








Pièce 1.	Daunou	680	Pellechet	4794
2	–	696	–	513
3	–	739		
4	–	932		
5	–	243.		



Emendata

Car.i.	fa.ii.li.ii	tuis imo uestris
Car.viiii	fa.ii.li.iii.	adipiscant̄ imo adipiscūt̄
Car.xi.	fa.i. li.xxii.	utrunq; imo utcunq;
Car.eadē	fa.ii.li.i.	calorem q̄ lucem imo ca lore q̄ luce
Car.xii.	fa.i.li.xvii.	in mundo imo mundo
Car.xiii.	fa.ii.li.xvi.	Platonica imo Platonici
Car.xv.	fa.i. li.vii.	cęlum imo cęlium
Car.eadē	fa.ii.li.xxiii	Quo imo quod
Car.xvi.	fa.ii.li.iii.	atq; imo neq;
Car.xxviii.	fa.ii.li.vii.	gratię imo gratia
Car.xxix.	fa.ii.li.x.	a se imo ad se
Car.xxx	fa. i. li.xviii.	separabilē imo separabile
Car.eadē	fa.ii.li.i.	rarius imo radius
Car.xxxii.	fa.i. li.xvii.	spiritu imo spiritui
Car.xxxv.	fa.ii.li.iiii.	libri quattuor. Et fa.eadē li.penultima. Libelli octo .Item linea ultima. & compēdium in eandem
Car.xxxvi.	fa.i.li.x	Et ex Theone Smyrneo de mathematicis





pièce 4

GEORGIVS BENIGNVS DE SALVIATIS ORDINIS MINORVM SACRE THEOLOGIE PROFESSOR AD MAGNANIMVM LAVRENTIVM MEDICEN

VM PRIDIE KAlendas IVlias Anno Salutis Nono Et Octuagesimo supra mille Quadringentos Magnanime Laurenti in ędibus tuis Doctissimum Comitem cum plerisquę Viris Eruditis Lautissimo conuiuio excepisses: tum celebris illa disputatio iussu tuo ultro citroq; habita est. Inqua quidem me respondente illud paradoxum. An altissimus Deus effectus mali: aut etiam mali absolute per se

ſit cauſa ſatis acute inueſtigatum eſt. Et
q̃uis uniuerſe cõcluſiones noſtre etiã ab
his quibus moleſtiores uidebantur ueri
tati chriſtiane cõſentanee fuerĩt iudicate
opuſculo tamen quodã poſtmodũ edito
uertuntur tanq̃ ſacris et piis auribus in
feſte indubiũ. Verũ ille magnifacit pro
pria. Quę uero tam pręclari uiri qui ad
erant dixere ne comemorare quidem di
gnatur. Neq; ibi diſputata. ſed ab ipſo
poſtmodum ĩuenta ne dixerim conficta
retexere uidetur. Pereſenti itaq; opere
et hoĩs poſt rem habita conſilia refutare
Et ea quę quiſq; peritiſſimus tũ attulit fi
deliter deſcribere ſtatui Enimuero: q͙a e
ruditis auribus inſueta ibi proponuntur
omnia pene dicta . ut etiam ſuo cogno
mini alludit: ſũt mirabilia. Sed breuita
ti ſtudens ego ſeptem. et ſeptuaginta an
notaui. Enimuero ne ĩquam et inquit ſę
pius replicetur. ut ſermo noſter coram
haberi uideat᷑ ad ipſius opuſculi auctor
prẽm et amicũ meũ Magiſtrũ Nicolaũ
demirabilibus ex ſeptem caſtris ordinis
ſacri predicatoꝝ tota pñs oratio diriget᷑

GEORGIVS BENIGNVS DE Saluiatis septem et septuaginta in opu sculo Magistri Nicolai demirablibus reperta mirabilia p̄nti ope annotauit.

PRIMVM MIRABILE

c Vr dicis quęso ubi te domum contulisti disputationis decisio nes mente reuoluisse? Nonne pręstantius fuisset: eas uel ante quidem. uel disputationis ipsius tp̄e cōsiderasse? Non decebat frater tantam animi tui ce leritatem opere completo inuestigare: ea quę melius fuisset priusquam inciperent inuestigasse. Itali nanq; eos qui tales sūt post habendos putant.

SECVNDVM MIRABILE

d Icis disputationis illius nostre: Vi deris tibi eā attribuere et uēdicare. Quod modestię tuę non conueniebat. Nec enim erat tua tanquā iubentis: aut respondentis: aut uniuersis excellentius ut notum est: disputantis.

TERTIVM MIRABILE

AGNO animarum zelo feruere te ostendis: quia pręsenti opuscu lo eas aberrore cōuertere, ꝓmittis Quod utinam fecisses Nec tuę humani tati congruebat cōclusionibus illis erro ris notā īponere: quas et tuus non negat Thomas et ipsemet paulo ante eas ueras et catholicas affirmaueris.

QVARTVM MIRABILE.

Dducis conclusionem ꝑenerādum Bachalarium de lugo nostri ordinis trūcate. Illa enī sic posita erat. Peccatū Adę nō fuit per se et formaliter grauissi mū. Immo peccatū Eue fuit eo grauius Tu autem dicis solum peccatū Adę nō est maximum omnium peccatorum.

quintum mirabile.

a Sseris camertinum illum contra Ba calariū nostrum talem actulisse argumen tationem: Illud est maximum peccatū exquo euenerūt oīa mala: Sed peccatū Adę est huiusmodi ergo peccatū Adę ē maximū omniū peccatoꝝ. Miror cur hoc loci et paulo post tantum tribuas

Ioanni camertino ac si Florētię ignotus esset. Scimus oēs quę sibi scīa et quāta ei phīa: et ꝙ est degenere illo q libenter iuxta ꝓuerbiū patrie suę de bono ꝓgredi untur ī melius. Neqꝫ tum permissus fuit disputare primus tanquā dignior: Sed quia nemo aliorum aderat. Nam tu post modum cum tuis aduenisti. Alii fratrū etiam te posterius.

Ioannes Camertinu

SEXTVM MIRABILE.

Iror prudētiam tuā Cur dicat minorē illā fuisse pcamertinū hoīem bene ꝓbatā Dicis tu illud bñ ꝓbatū ꝙ ex multis īfert oīa ē peccatū adę ē cā infirmitatis peccati originalis rebellionis carnis: ignorantię mortis: et aliorum huiusmodi: ergo: omniū ē Nōne fuit data obietio siue īstantia de peccato actuali quod est: ut aiunt oēs maximū malum: cuius no fuit nec est peccatum Adę causa: quia etiā eo ablato peccare possumus: Et si Adam nūquam peccasset filii peccare potrāt Posse mori posse labi: posse errare: hec omīa mala quedam sūt nostra hęc tamē haberemus

etiā si Adam non peccasset nā et ipse ea hēbat anteq̄ deliquisset. Omnis boni defectus maxīe qd alicui nō repugnat oīs q₃ impfectio ut esse minus beatū minus charitate pditū sūt mala quedā: nam minus bonū habet rationē mali ut ait phs tertio ethi. Hęc tn̄ etiā si Adā ī eo statu

Vt ait phus tertio Ethicorum

īquo cōditus fuerat perstitisset in nobis fuissent. Hēt ergo oīum malorū absolute: quia nō eo₄ que Angeli sustinēt: nec malorū oīum hoīum quia non pcī Euę: nec peccati Adę: uec oīum malorū que filii Adę tollerant siue habent: est causa peccatū Adę: ideo dixi illū amicū quem phm appellas ex multis oīa ī Dialectice pcepta intulisse. Et ita fecisse fallaciam ɔn̄tis apositione ɔn̄tis

SEPTIMVM MIRABILE

Icis maiorē cōcessit respondens: Miror un̄ nosti illū Bachalariū peritū maiorē cōcessisse cum adhuc tua reuerentia nō adesset: Sed credis glorioso militi: uel forsan nouo uteris argumēto Negauit minorē: ergo cōcessit maiorē.

Gloriosus MILES

Verũ ip̄e acute diſtĩguēdo mĩorē nō cō
cedēdo: ut dicis: : q̃uis uere nō ſit ɔcedē
da ut ꝓbauimus oñdit ēt maiorem diſtin
guēdã: nō eo modo quo tu eã diſtinguis
ſed eo quo ipſe: Qui ſic dixit. Nego ut
peccatũ Adę fuerit ꝑ ſe cã oĩum maloꝝ
noſtroꝝ. Ex h̄ maiorē diſtĩxit nō pĩtēſio
nē et extenſionē ut tu facis q̄ diſtintio eſt
metephica ſed ꝑ ſe et ꝑ acñs ut ſit ſēſus.
Illud ē maximũ pcũm exquo euenerunt
oĩa mala pſe: Et ſic ē uera ſed minor fal
ſa. Si autem ĩ maiori loco ꝑ ſe poſueris
ꝑaccñs tũc eſt falſa: maior: quia minus
malũ formaliter ė eē cãm centũ malorũ
ꝑ accñs q̃ unius ꝑſe: Et dũ ſic altercarē
tur: ipſi duo: paternitas tua: aduenit.

OCTAVVM MIRABILE

Xtēplo ut aduenisti ꝓbare conatus
es pcũm Adę fuiſſe cãm pſe et prĩ
cipalē oĩum malorũ nrōꝝ dumq; illud
multis modis refelleremus: Magna uo
ce ex clamaſti: Demonſtrabo peccatum
Adę fuiſſe cauſam per ſe et principalem
omnium malorum noſtrorum. Illud enĩ

Illud enim est per se et principalis causa alicuius effectus: qua remota remouetur effectus. Sed Remoto peccato Adę remouetur omne malū anobis: ergo ipm ē causa per se et prīcipalis oīs mali nostri: Ego tunc illius rationis fallaciā sic apui Nā subMaiori illa assūpsi Minorē hoc pacto Sed Remoto instrumēto artificis remouetur et opus: Ergo īstrumtū artificis est p se et prīcipalis causa operis: Cōclusio hęc falsa ergo et tua Nam Maior illius rationis erat falsa Tūc qui astabāt subrisere omnes: nec tu quicq̄ replicasti Dum aūt sic tuę reuerentie cōclusissem

Magister Angelus

. M. Angelus sacri ordinis carmelitarū rogabat que esset causa p se oīum maloꝝ nostrorū: Nam et ipe sicut et tua paternitas dicebat oīs cā per accidens reducitur ad cām per se: tunc M Lucas senēsis

magister Lucas

ordinis nostri uir ꝑfecto egregius: clara uoce dixit Causa per se ē diuinū decretū Tunc tu me dimisso cōtra illū ampliorē prouinciam sumpturus clamare cepisti. Hoc ē hereticū. Superuenit acutissimus

Theologus .M. Karolus illi responsio Magistr
ni tribuens fauorem et subito uocati fui Charolus
mus ad ꝓcessionem . Miror cur istã tuã
nouam demonstrationẽ huic opusculo
tuo non inseruisti ? Obmitto quo pacto Magnus
te offendi cum Laurẽtio magno et nobi Laurentius
liũ caterua: Et quo pacto Vir eruditus
.M. Mengus quedam obiecit : Vbi ul Magister
tima et comunis resolutio fuit hęc . De Menghus
us est causa uel infligendo uel remouen
do omnium malorum pene non culpe.
Tandẽ quilibet in suam abiit ꝓcessionẽ:
Ego postmodũ ueridica fama ꝑcipiens
te proclamare apud uulgares litterarum
nostrarũ ignaros me dixisse Deum esse
causam mali Deũ esse per se et principa
liter cãm peccati: credens te mentẽ meã
non accepisse . Posui nouem questiones conclusiones
ut haberemus occasionem conferendi si
mul absque tumultu in loco secretiori:
Post itaqꝫ exhuberantissimum illud con
uiuium proposuimus illas cõclusiones:
Et contra nullam adducte sunt rationes
nisi cõtra primam Que fuit eiuscemodi.

Omnis effectus siue bōi siue mali quod cunq̧ malū: sit: nomen hn̄s tale. Deus gloriosus est cā per se et principalis: Cō tra hanc solā et nullā aliā tua ptās argue re cepit.

Nonum mirabile

Conclusio

On decebat pater bone ut fimbrias tantū magnificcres. Dicis nanq̧ te disputasse probando cōclusionē positam esse falsā et de heresi suspectam: utpote sacris omniū scripturarū et Theologoꝝ dictis aduersā: Non decebat inq̄ de amico tuo heresum extirpatore talia scribere: Non decebat Nagrūm ueritatis q cq̄ fingere humanior atq̧ modestior longe arguendo fuisti quā nunc scribendo: Tū certo absolute arguere cepisti: neq̧ istis mordacibus uerbis usus es: Immo post modum omnes conclusiones nostras ueras et Catholicas affirmasti audatiores sunt nonnulli calamo q̄ coram. Nec enī mirum epistola aiūt non erubescit

Decimum mirabile

Rguis contra conclusionem illã sic Impossibile est puram priuationem habere causam per se et principalẽ. Sed malum est priuatio eius quodquis natus est et debet habere: ergo malum ut malum nullomodo potest habere causam per se: hęc sunt tua: Miror admodũ doctrinam tuę paternitatis cur nec tũ nec nunc perceperit istam rationẽ nullatenus improbare conclusionẽ nostram. Tu profecto uelles ut ipsa eum sonũ redderet Deum esse causam mali ut malum est. Nec mirum facile enĩ que uolumus opinamur Sed certo qui eãs animo intuebitur sere no tria dicta in ipsa reperiet Primum est Deum esse per se et principalem causam cuiuscunq; effectus Secundum effectuum quosdam dici bonos: quosdam malos Tertium Deum esse causam mali ut malum est effectus quidã. Contra ꝙ horum trium tu arguas et tibi et aliis incognitum est. Valde inter se hęc duo sunt diuersa Deus est causa mali ut malũ est

deus est causa mali ut effcūs ē probādū tibi erat deum non esse cām mali quod malum est effectus et non defectus.

Vndecimum mirabile

Einde tua rōne si recte quis ɔsideret ꝓbas nil esse cām pse mali ut malū ē Qđ expresse cōtra te ē. Nihil enī aliud cū tuo camertino indiue Reparatę tēplo clamabas nisi ꝙ peccatū Adę erat causa p se et principalis oīum maloꝝ nrōꝝ. Vnde ut supius attulimus credebas te illud sophisimate īducto demōstrasse: Familiariter egisti: īducendo rōnē cōtra te magis: ut utar abusiua cōpatione: quam contra me.

Duo decimum miraile

N toto presenti opusculo astruis malum ut malū ē non habere cām perse etinnuis ut malum habeat causam per accidens. Quod etiam est manifeste contra te. Qui in diuę Reparatę Ede conabaris probare: omne habens cām per accidens reduci in causam p se: Et quod ab uno fit per accidens ab alio fieri perse Nā cū bacalarius noster diceret peccatū

Diua Repa

Bachalari

Adꝫ esse causam mali nostri ꝑaccidens semper affirmasti. Ergo aliquid aliud ē causa illius mali ꝑse. Quia omne habēs causam ꝑ accidens habet et perse: Vtrū aūt alliqd hēat cām ꝑ accn̄s et non ꝑse et quo pacto alias discutietᷣ. Sat nobis nūc ē te tibi dissentire atq; manifeste contradicere Bacalarius

Tertium decimum mirabile

Eum gloriosum uideris astruere nullius mali ut malum est esse causam ullo pacto. Cur ergo magis eū dicimus cām mali pne quā culpꝫ si nullius mali ē causa formaliter: et culpe: etiā sic causa fundamentaliter. Nonne omīs defectus boni quoddā malū est. Nꝫc eiusmodi malorū ab horremus ip̄m deum causam astruere? Quare non uideris recte affirmare: ut nullius mali sit ip̄e ullomō cā.

Quartum decimum mirabile.

Icis paulo post. Malum est auersio ab ultimo fine secundum omnes doctores: hoc tuum dictum non est uerum: nisi de malo.

peccati nō uenialis: sed mortalis dūtaxat
Nam mala quędam interdum cōuertunt
īultimum finem: Descendis ergo ad ma
lum peccati mortalis: cum tamē conclu
sio nostra dicat demalo incomuni.

XV MIRAEBILE.

p Aulo post: saltum fecisti de malo a
uertēte ab ultīo fine ad malū qđ op
ponit̃ bonitati entis: sic dicendo. Ens et
bonum conuertuntur secundnm omnes
metaphisicantes: ergo malum ut malū:
est pura priuatio uel negatio. Saltasti de
specialissimo malo ad ipm transcēdenti
bono oppositū nil de naturali et morali
comemorando. Neqꝫ ullū malū opponi
bono contrarie: sed solum priuatiue aut
contradictorie ponis.

XVI MIRABIE.

a D materiam dicis huius ratōnis: et
aliaꝝ octo, rñdit pręfatus magister
Georgius Georgius concedendo. Deum non esse
cām ipsius mali inquantū malū est. Hic
de tua reuerētia miror: cur ñ asseris nęc
ea: nęc eo: quo dixi: modo, Ego nanqꝫ ut

nãq̃ ut eruditus Concordię Comes extat Testis: cũ eni eo hęc conferebã dum tu argueres: non eo ingenii acumine: quod tantũ hominẽ decebat: Videamus dixi: Magister contra quid arguis. Nam conclusio nostra dicit deum esse cãm omnis effectus siue boni siue mali modo sit effectus. Et hoc ꝑse et principaliter. Nam aut est causa totalis. et tunc constat: aut partialis. Aut ergo instrumentalis et secundaria et ꝑ accidens: aut principalis: primaria: et per se: Sed prima causa non põt esse ꝑaccidẽs nec instrumẽtalis aut: secundaria cum uirtute ꝓpriã agat / et a nullo dependeat. Ergo ꝑse principalis et primaria. Cum hęc sic declararem hac luce clarius constitit tuas raõnes nullo modo ꝓcedere ꝯtra illã cõclusionẽ cõtra quam prouinciam assumpseras. Vnde dixisti. Hęc etiã beatus Thomas tenet: Rñdi. Ergo conclusio nostra non sapit heresim. Dixisti sonus ẽ suspectus non snĩa: Ego tandem ostendi eam ex ui uerborum consonam fidei orthodoxe esse

Cõcordię Comes

Quantum ea hora tua reurentia erubue
rit: uidendo te nullam rationem ad ꝓpo
ſitum adduxiſſe : norunt uiri ꝑclari qui
tum aderant : Vnde procautela honoris
tui ne uiderere taciturnus remāſiſſe Co
Comes Menghus mes cū magiſtro Mengho diſceptare ce
punt : Vtrū hec eſſet uera Deus ē cauſa
mali cōceſſa iam illa ut ſit cauſa effectus
mali. Et mali ea ratione qua effectus.

Septimū et decimū mirabile

Vm ſis pater dilecte ueritatis pro
feſſor Miror cur ſcribas te tot et
tanta replicaſſe: cū tum uidebaris de do
mo mirabilium tranſiſſe ad domum ad
mirantium et ſtupentium : et nil aliud
replicaſti niſi quia dicebas accipiamus
actum fornicationis: et inculcabas pene
idem : Vnde ego quoq; cum comite in
Comes georgius eadem perſiſtebamus reſponſione. Si
paulo plura quam feciſti uel exactius te
feciſſe comemorares ſilentio preterirem
Sed certo preter greſſus es adeo lineam
ueri : ut fugiat neminem.

Octauum et decimū mirabile

Acis talem disiunctiuã. Aut Deus ẽ
perse causa actus fornicationis tantũ
ut utar exemplo tuo/inquantum actus
tantũ: aut ĩquãtũ actus deformis. Si pri
mo modo: ergo deus nullo modo ẽ cã p
se mali. Ego eodẽ modo arguã contra te
Aut uoluntas nostra ẽ perse causa actus
homicidii ut actus ẽ tantũ: aut ĩquantũ
deformis et malus/ non secundo modo
quia priuationis nulla est causa perse: ut
dicis: ergo uoluntas nostra ẽ causa tãtũ
actus et nullo modo mali. Vide bone
magister quantũ illa tua ratio ualeat.

Nonum et decimum mirabile.

N eadẽ tua disiũctiua et plerisq; locis
innuere uideris. Immo expresse inter
dum ponis: nil esse cãm aliciuus per se:
nisi abillo subtali rõne illud fuerit fcũm
Quod manifeste ĩ Metaphica et ĩ Diale
tica falsum esse constat. Nam si quis p
ducat filiũ cecum/dicit genuisse cecum
cum tñ cecitas non sit genita. Similiter
homo genuit siue pduxit album: et pon
tificem: cum tñ pontificium ab homine
illo non emanauerit.

Vigesimum Mirabile.

Iror admodum cur nihil inducis de his quę preclare uiri assistentes afferebant. Illam presertim Comitis rōnem ꝑpulcram. Cū te negante hanc esse uerā Deus est causa mali/sic id ꝓbauit Deus ē causa huius actus et hic actus ē malus Ergo ē causa maliCui rōni quid deficiat uidere nequiuisti: Illa enim Dialetico concedenda est necessario.

Comitis Ratio

Primum et uigesimum mirabile.

Nfers. Deus ē causa actus tantum: Ergo non ē cā mali. Quā friuola sit illa ꝯñia satis Dialeticis patet. Nā ꝙuis Plato expatre suo tātū humniatatē et nō phiam acceperit: ille tñ re uera phm genuit. et hoc rōue illius sylloismi quem superius induximus Genuit hūc: et hic est phus: ergo geuuit phm Nęc alia tua ꝯñia ualet. Si deus est per se causa ipius mali. Ergo ē causa actus ꝓut ē deformis Sicut non sequit hoc ē ꝑse causa dulcis Ergo est per se causa dulcis ut album est Dato ꝙ aliqd sit cā dulcis/cui aliunde

fuerit adiuncta albedo. Queadmodum si Plato sit pse causa Calie Et Calias sit princeps/non sequit ut Plato sit causa Calie inquantum priceps quis sit causa principis. Dato etiā q deus nō sit causa mali pse stabit ut sit pse cā mali. Sed re uera mi pater charissime intoto isto opu sculo parū Dialetice: minus redolet me taphisice Qd tn potius atribuo tpris an gustie q imperitie. Nam sicut ista facta disputatione et non antea cogitasti. Ita iterū poteris melius ruminare: ut aīalia mūda faciunt: ea q tam subito edidisti

Secundum et uigesimum mirabile.

Escio Vbi uir bone oñiam tam/ ieiunam inuenisti. Dicis enim actus tantū a deo ē: et non dicitur malus: alias iste actus inmatrimonio etiā esset malus Sic ut apertius dicam arguis. Actus fornicationis est a deo/ ut actus tantum qui actus non dicitur malus: alias inma trimonio esset malus. Rumina ea quę dixisti: Sic certo dicis. Si

actus fornicatiōis qui eſt adeo eēt malus tunc ille actus īmatrimonio eſſet malus. Quę conſequentia Dialeticam ſimul ac Theologiam uidetur ob miſiſſe. Quid enim per illud pronomen demonſtras? Eundem actū numero uel ſpetie? Si cer to ſpecie: tunc nullū eſt ī coueniens unū illorꝝ eſſe bonū boītate meritoria / alterꝝ malum non aūt bonitate naturali. Nam habere rem cum ſua et aliena ſunt idem actus ex natura actus ī ſe: qui tñ īgenere moris ſunt diſtincti. Si eundem numero Concedo / ut idem numero nō poſſit eſſe bonus et malus in genere moris: ſed ſic ingenere nature: hoc eſt ille idem actus ſecūdum naturam pōt recte et non recte fieri rōne circumſtantiarū uel precepti. Quāuis ergo actus adulterii qui ē a deo ſit malus / non dico ut inqñtum eſt adeo ſit malus: non tñ ſequit̄: ergo ille actus īmatrimonio eſt malus: Falſum quoqꝫ ē ut actus fornicationis / quem actum ſolū modo et non malitiam eius deus ꝓducit non ſit malus. Sicut falſum ē: ut petrus

quem tantũ homo producit et non prin cipatũ eius: non ſit princeps. Multa ſe ſe offerunt reprenſione digna. Sed ma iora ſolnm perſtringam.

Tertium et uigeſimum mirabile.

Ene oſtendis te. Theologie hic non inſcium/ cum doctum te reputẽ: ſed in memorem fuiſſe. Quanti momenti ĩ Theologia ſit iſta ꝯñia tua queſo aĩad uerte. Deus porhibet hoc/ ergo nõ facit Multa uetant medici edere quę ipſi etiã ſic diſpoſiti deuorant: hec ioco Sed ad rẽ quãuis Deus glorioſus cũta recte di ſponat/ nõ tamẽ opus ẽ ut ſi mihi quip/ piam ꝓibuerit illud non faciat. Nã pri ma eius conuentio nobiſcum ẽ ut q̄cq̄d uoluerimus conꝓducat. Secũda ut hec uel illa non faciamus: Dato aũt ꝙ ueli mus concurrit exprimo pacto Et ita quę nobis ꝓhibet: nobiſcum agit

Quartum et uigeſmũ mirabile

Antecedens illud quis ignorat ueri tate uacuum eſſe? Deus prohibet no bis actus deformes ĩquãtũ ſũt deformes

Aut malos inquantum ſunt mali. Paucissimi nanq; et forſan nullus: aut unicus dumtaxat Videlicet odium dei: ſūt deformes ante ꝓhibitionē deformitate illa quā peccatum formaliter uocamus: Non ergo prohibentur nobis actus deformes ut plurimum: ſed ipſa prohibitione fiunt deformes in eſſe ītelligibili. Vnde etiam Thomas cōcedit plurima iccirco ſolū eſſe mala: quia ꝓhibita ſūt. Talis fuit eſus illius uetiti fructus. Prę terea Deus nil nobis prohibet principaliter: niſi quod principaliter ē in noſtra poteſtate Sed deformitas illa non eſt in noſtra poteſtate: niſi per accidens. Exeo quia actus ille eſt in noſtra poteſtate. Non quippe eſt noſtre facultatis actu poſito ineſſe: ut non ſit bonus aut malus conformis aut diformis. Sicut in illa diſputatione declaraui: dum reſponderē egregio Theologo Magiſtro Karolo Fauentino Sacri ordinis Seruorum matris dei marie Deus ergo prohibet illos actus quos turpitudo conſequitur. Et

Magſter Karoluſ Fauentinuſ Marie

tamen prohibitione nō obſtante ne nos libertate ſpoliet eos ipſos nobiſcuū producit.

Quintum et uigeſimum mirabile

IROR ꝙ acumine tui ingenii non perſpexeris talem ac tantum errorem. Certum nāqȝ eſt: ꝙ cum aliena coire ſtāte precepto de neceſſitate malū ē eo remoto non amplius malum eſt. Immo ſi precipiatur talis coitus: iam bonū etiam meritorium erit. Ex hoc habes ꝙ diuino decreto huic actui accedit nūc bonitas: nunc malitia: nunc neutralitas Ergo aliquo modo deus facit deformitatem in illo actu. quia eius lex facit Nam remota lege remouetur peccatū mortale Vñ quādoqȝ ſubtiliter tenui eūdem actū numero ſimul poſſe eſſe bonū et malū et neutrum. Deinde Deus actum illum: qui iam ſecundum rationem malus eſt: producit. Immo in aliena inducit: niſi uelis fingere ꝙ deus neſciet: ſi actus ille

sit malus necesserio. ex suppositione/uel
q̄ nō uideat illā/q̄ aliena que certo sunt
absurda: prius ergo actus ille malus est
q̄ producatur et hoc iccirco quia precep
tum prefuit. Ex precepto itaq; talis illici
ti origo summitur.

Sextum et uigesimum mirabile

Vm dicis deū esse causam actus ut
actus ē tantū: intelligis ne ut ipsius
actus in comuni dūtaxsat sit causa et nō
inparticulari? Aut solum essentie ipsius
actus et nullius rei eam ɔ̄ntis Sed ꝓfcō
neutrū hoꝝ ē ueꝝ. Neq; enim producit
deus solū naturā comunem: neq; essentiā
sine accidētibus his presertim que neces
sario ipsam comitantur. Sed tu uideris
facere cōsequētiā doctis dialeticis igno
tam Non producit malitiam actus: ergo
solum actū producit et nihil eum ɔ̄ns.
Ac si aperte diceres: Non ꝓducit unū
comitās actum: ergo nullum comitans
producit.

Que ɔñia non ualet gratia forme : Nec pñs materia eam reddit boñ : Nec enĩ sola malitia consequitur actum/ ut dicas si malitiam deus nõ ꝓducit ergo actũ ut est actus tantũ producit. Si etiam utaris exclusiua improprie ut sit sensus. Actũ sine macula producit· Id ē maculam nõ producit. Ex eo non sequitur Ergo actũ qui maculatur non producit.

Septimum et uigesimum mirabile.

Ideris ita ratiocinari Si actus ut actus ē tantũ sit malus oĩs actus esset malus. Quę ɔñia non tenet nisi nota illa stet ibi reduplicatiue nõ specificatiue solum. Posset ergo actus in quantum ac tus esse malus: nęc tñ omnis actus esset malus. Perinde ac ens inquantũ ens est subiectũ metaphisice. Nęc tñ omne ens ē subitctũ metaphisice. Peccas etiam mi frater dicendo Actus ut actus tãtũ non ē malus: alias omnis actus esset malus

Nam actus ut aetus tantũ nec eſt bonus nec malus Deinde ſi etiam actus ĩquãtũ actns eſſet malus ſpecificatiue : non ſe quitur: ergo omnis actus eſt malus : Immo in theologia hec propoſitio ad mictitur. Fruimur Trino: in quantum trinus. Quę tamen ſi deſcibatᷣ dicendo Fruimur deo trino ea ratione q̃ trinus: falſa eſt Similiter ſi exponatur Trinum eſt trinum et trino fruimurˢ. Et ſi quicq̃ eſt trinum illo fruimur: etiã ẽ falſa: hęc attuli: Vt agnoſcas quot modis illa conſequcntia potſt improbari

OCTAVVM ET VIGESIMVM MIRABILE

Eus eſt ais ultor actus mali ut malus ẽ: ergo ut ſic nõ ẽ cã per ſe talis actus Medium tuum eſt tale . Deus non facit per ſe illa de quibus ulciſcitur Sed illud falſum eſt : ut non faciat uoluntate con ſequentí ea quorum eſt ultor Sed uerum

est ut ea non faciat uoluntate antecedēti Nollet enim multa Deus quę tamen uult. Omnes certo fatentur deum esse cām mali pene: et tn̄ deus nollet ullū no bis langorē. Vn̄ ait Nolo mortē pecca toris. Sed ut magis conuertať et uiuat. Si tuus philosophus hęc uon percipit: non est mihi cure. Habeo ego illos qui hęc optime tenent Concedo tibi Deum nos punire ob ea ipsa quę nobiscum ipe producit Punit enim nos ob illos actus quos ꝓducimus sponte. Illi uero actus suut a deo: ut etiā Thomas tenet: Ergo nos punit ob id quod ipe nobiscum pro ducit. Sed quare? Assumme formam discipuli: et ex mente etiam Thome id ostendam tibi. Si tamen primū pompis amici abrenuntiaueris. Thomas

NONVM ET VIGESIMVM MIRABILE

Dit deus actum malum: ut sic. Ergo nō ē cā pse talis actus mali

Añs ꝓbas ꝑillud Sapientie. xiiii. Odit Deus inpium et inpietaẽ suam: Enĩuero hic tibi sic respõdeo: Idem ẽ Deũ odio habere ꝙ nolle. Sicut autẽ deus nõ uult peccatores mori quos tamẽ ipe occidit. Sic odit actus illos/quos tñ producit: Veluti econtrario uult omnes saluos fi eri. nec tamen uult: Non possũ non sto machari si non cõtra te uel contra tuum Magistrum nouũ camertinum: Cur enĩ nõ recordaris multipharie uolũtatis dei Signi: Beneplaciti: Antecedentis. et cõ sequentis simplicis efficacis Sicut ergo multa Deus uult q̃ non agit/Ita ut mul ta odio habeat quę tamẽ agat non incon gruit Et exalia parte quecunq; uult fiũt: Et q̃ odio habet nullatenus fiunt. Quia hęc minimis predicatoribus nota sunt ꝑ termicto

Trigesimum mirabile

X libro sapientię ĩtroduxisti unã par tem cõtra te ipsũ dicendo Deus odit ĩpium: et ĩpietatem suam Exquo ĩnuitur ꝙ non solum Deus odit inpietatem quã non facit: sed etiã ipsũ actum inquo fun

Deus odit impietatem quam non facit: sed ēt ipm actū inquo fundať impietas. Immo ipm hoiem Dicit enī copulatiue odit impium et impietatem suam. Et tñ hęc fundamēta deus producit Ergo quę odio habet facit Nam certum est deum nolle actū peccati quē tñ si uoluerimus nobiscum producit.

Primum et trigesimum mirabile.

Icis te hęc uniuersa tum replicasse: quod certo ueritatis magistꝝ dicere nō decebat. Sed mitto consciam testes saltem tam preclari erent uerandi. Tu id solū replicando assumebas. Accipio aliquē actum: ut puta fornicatiois. Non agis rem uetustam: sed recentem. Nęc obliuiosi sunt ad quos scribis.

Secundum et trigesimum mirabile.

Il aliud ais tibi fuisse rñsum nisi ꝙ Magnificus dñus Ioannes Comes Mirandulinus dixit: nos esse cōcordes insnīa. Cur non dicis frater Quo pacto ego primum conclusionem illam decla rauerim. Et deinde tu cōsenseris meam

Magīficus dñs Ioānes Comes.

Comes Tandem doctissimus Comes probauit. illo sylogismo resolutorio. Deum non solum mali ut effectus ē. Sed etiā mali absolute esse cām. Ad quod uastū illud

Angelus Politianus eloquentie pelagus Angelus policianus duorū prophetarū induxit auctoritatem Non est malum quod non faciat dn̄s in ciuitate. Et iterū Ego dn̄s facīēs pacem et creans malū. Vbi eleganter pondera uit uim uerborū cratioīs et generalitatis Sed tu ea quę alii dixerūt nō īducis. tua uero dilatas et certo fingis. Tunc egre

Menghus gius phus Menghus conspiciens te am plins iuuare non posse: assummpsit ɔtra me alias rationes: quas posterius indu cemus.

Tertium et trigesimum mirabile.

Vm duo prophete dicant absolute Deum creare malum: et omne malū quod fit inciuieate facere: cur presūmis illas propōnes hereticas dicere: cum potius ille sit hereticus: qui uerba pro phetarum heretica astruit Omnis certo propositio sacre scripture ē uera Inqua

nęc apex nęc unum Iota ſuperuacue ponitur. Qui ergo dicit illas falſas/ manifeſte contradicit prophetis. Sed dices in quodam ſenſu ſunt uere non in omni Eſto ita Accipe ergo eas ī ipſo ſenſu Nōne ſi fecero ſermonem potero argumentum eiuſcemodi ſūmere. Ego dominus creans malum. Et ſuper hoc argumento ſermonem extendere ut faciunt predicatores? Nonne poſſet antiphona in eccleſia ordinari/ quę diceret. Non eſt malū quod non faciat dominus in ciuitate: poſſet utiq;. Theologi quoq; non ſolū omnem orationem ſacre ſcripture dicūt ueram: Sed omnem locutionem ei conformem. Vt ꝑtractat acute franceſcuſ. Et hic ſummitur fundamentum harum ueritatum. Vidi corpus domini. Sacerdos portat aut eleuat corpus domini cum tamen nęc per ſe nęc per accidenſ ſecundum acutioreſ illud portet aut eleuet.

Quartum et trigesimum mirabile

Vr concessisti Deum esse per se cām mali pene cum tamen probaueris mali nullā oīo esse cām pse Nam aut aliquod malum est positiuum et sic prima ratio tua falsum assūpsit : Aut nullum malū est positiuum Et sic nullum habet causā perse: Deinde secundum quod ais omne malum dicit priuationem aut negatioēm et defectū. Quare ergo unū potius hēt cām deuū quā aliud ? cū nullū defectū a deo putes qa uis cām denomīari ab illo quod efficit: ut posterius uidebit. Deus aūt deficere nullatenus ualet.

Quintum et trigesimum mirabile

Menghus

Ationem magistri Menghi pbantem hanc esse falsam. Deus est causa mali inducis. Solutionem uero nec diuini Comitis: nec meam adducis: Vis frater oīo tuas magnificare fimbrias Ratio aūt hęc est. Semper terminus secundum se acceptus / accipitur pro suo significato formali et principali. Sed mali signifca tū formale principale est ipa diformitas Ergo cum dicitur deus est causa mali de

Diuinus Comes

det intelligi ut ſit cauſa deformitatis. Ad quod nunc iterũ reſpondeo. Significatum formale credo noſti diſtingui cõtra materiale. Nec dici formale: quia ſit forma aut denominans: ſed quia non eſt ipſa uox uel ipſe terminus. Formale aũt eſt illud quod ex impoſitione dictio ſignificat. Vnde huius uocis materia ſignificatũ ẽ res illa q̃ uocat̃ fundamentũ nature a comẽtatore pmo metaphice comẽto. xvii. ĩ qua nihil eſt diſtinctum: et quę nullo modo eſt forma. Preſertim ſi dicatur particulariter. Materiale ſignificatum ẽ ipſa uox/ uel dictio. Cum ergo dicimus. Deus eſt cauſa mali: non ſtat ipm malum pro illa uoce: quia illa uere creatura dei ẽ. Sed pſignificato formali Omnis aũt uox cõcreta duo repreſentat cuius rei gratia dicit̃ concreta: ut album albedinem et rem cui in heret. Sic malũ malitiam ipſam et rem cui ad heret. Et utrunq; horũ dicit̃ ſignificatũ formale: quia neutrũ ẽ ipſa uox: et utrũq; aliquo modo ex ĩpoſitione. Ratio aũt tua ĩnuit:

Comẽtarius

ut subũm sit significatum materiale ac cidens inherens formale. Q nam logicē .si a Camertino accepisti depone. Dico igit͛ significatũ mali formale esse utrũq͂ illoꝝ: ac etiã principale: ꝓut principale distinguit͛ ꝯtra secũdariũ Tñ aliomodo loquendi ꝓut prĩcipale distniguitur ꝯtra minus principale: quod illorũ sit principalius non ē certũ. Nam aliqui dicunt: ꝙ principalit͛ significat subãm: et respicit formam. Alii ꝙ principaliter formã et minus principalit͛ subũm. Alii quod utrunq͂ non faciendo delectum. Prima opinio habetur ex parte a Comētatore secũdo de anima comento octauo. Secũda diuinorũ quinto. Tertia: primo phicorũ comento uicesimo quinto. Vnde aliqui etiam dicunt album significare subiectum et accidens significatione parilitate et continentie actualis non potentialis. Et una ratione prĩcipalius subũm altera accidēs: q̃ significationis rō̃ sumit͛ ab Auicēna et Algazele. Quicq̄d aũt sit de his opĩonibus id certũ ē ꝙ ter

Camertĩus

Comētator

Auicenna

minus cõcretus ratione huius duplicis co intellectionis non est distinguendus quia periret finis sermonis. Nam sola concreta predicantur ut plurimum. Ab stracta solum de se ipsis. quia equinitas est tantũ equinitas. Pretermitto transcẽ dentia et intentiones secũdas de quibus alias. Vnde utraqꝫ harum est absolute uera. Album currit. Album per se uide tur: cum tamen in prima stet ꝓsubiecto in secunda proforma. Enimuero si alteꝝ illoꝝ proprie significet: alterum solum cõcernet et. q. ꝑaccidens significet. Vñ est ꝙ non distinguimus? Huius duplex ratio potest asignari. Prima est quod nõ distinguimus: quia non est certum quod illorum sit per se et principale: uel quia utrũqꝫ uario modo ẽ principale. Idcirco sic stare asserimus subiecta sicut permit tunt eorũ predicata. Secunda ratio quod etiam si certũ sit illius uocis significatũ nõ tñ ẽ distniguenda: quia utrumqꝫ eoꝝ simul importat: et intellectui copulatiue utrũqꝫ representat: quãuis uario modo.

Vox ęquoca non necessario plura copu
latiue repñtat uox etiam significans unũ
simpliciter alterum secundumquid: non
utrũq3 illoꝝ simul repſentat: Iccirco ille
distinguẽde sũt Ft regula sic debet illius
maioris poni: Omnis t̃minus significãs
unũ simpliciter: alterũ secnndum quid:
si ei nil addatur / stat prosignificato sim
pliciter. Ad formã ergo rõnis sic rñdeo
Si persignificatũ principale intelligat si
gnificatũ simplicit̃ sic ẽ uera. Et minor
falsa: qa sicut albũ nõ signficat substãtiã
secũdũ quid: sic nec malũ. Si aũt intelli
gat pertale significatum aliquam aliam
principalitatem et non hanc: minor est
dubia: uel falsa. xxxvi mirabile:
Inunis q̃dã a rõne dialetica aliena. ṗmũ
ẽ qa t̃minũ equocũ pois hẽre significa
tũ ṗc pallius dicis eĩ semp t̃minus stat ꝑ
significato prĩcipali: nisi sit equiuocus:
cũ tñ equiuocus plura siue medio: et eq̀
primo inportet Sed dices. Terminus
secũdo modo equiuocus significat unũ
proprie alterũ methadhorice. ut ridere

et fulminare. Dico si sic est. Ergo male excepisti dicendo. Semp stat pprincipali nisi sit terminus equiuocus. Nam etiam talis equiuocus semp stat pro significato proprio: si aliud non addatur. Aut ergo termini equiuoci non hnt significatum principalius: aut si hnt stant pro illo qn ponut absolute Secudu e: qa illa regula confirmas auctoritate phi iperiher et libro elencorum: que ibi clare repit no nisi qpin elechis dicit: oe multiplex ee distiguedu pmultiplex: aut non solum intelligimus equiuocu: sed etiam quedam comunia: ut cu dicit primo phi: ens multis modis dicitur. Ex altero autem libro periher habetur tminum semp stare psigificato simpleiter/ si nil addatur: quod in Topi ponitur. Tertiu: quia dicis Equiuocus terminus semp est distinguendus/ alias non: cu tn phs distiguat de ente: de uno de ca: que tn no dicimus equoca: nisi uelis de equoco equiuocare. Quartu e: qa dicis tminu accipiedu psuo significato famosiori, Et tn illud e pricipalius quod Topicoru

uerius. Multa aũt famosiora sũt minus uera/ et interdum falsa/ ut habetur a Co-

Comen

mentatore: tertio phi Comento quarto. Si ergo uerius sit prĩcipalius: famosius falsum: uel minus uerũ proquo stabit? Deinde albi famosius significatum est subiectum quã forma. Vnde comuniter eius nominis talis ponitur interpretatio Album idest res hñs albedinem. Tamẽ uerius significat formam in herentem subiecto: quamuis difficile sit sibi sic significanti assignare ĩterpretationem ut

Doctor Subtilis

ait Doctor subtilis ĩ añ pdicamẽtis Nã dicendo/ homo est albus/ idest res hñs albedinem: hęc facilis et famosa: alterã mitto tibi et Camertino tuo reperiẽdam Contradicis ergo tibi ipsi dicendo. Concretum significare principaliter: et sic tua opinione famosius formam/ cum tñ famosius sigĩficet rẽ ĩ qua ẽ talis forma. Septimum et trigesimum mirabile.

Dmodũ miror de consequentia tua. Semper enim cum dicimus: Deus causat malum/ infers: ergo diformitatẽ.

Ergo auersionem ab ultimo fine. Ergo malum culpe. Et sic arguis a superiori ad inferius affirmatiue. Nonne est quadruplex malum ut patet in secundo Scoti acutissimi: sicut et bonũ uidelicet trãscẽdens: naturale: morale: meritoriũ Octauum et trigesimum mirabile.

Scotus Acutissimus

I terminus absolute positus sit summendus pro suo famosiori significato. Et malum pene sit notius culpe. Cur subito ut dicimus / malum fieri aut esse non trãsis ĩ penam: sed potius inculpã? Quod aũt illud sit notius et euidentius patet: quia culpam et peccatum esse sola fide tenemus: Penas et dolores omnes experiuntur. Quod malum non solum uidetur priuatio uel negatio uoluptatis: sed res positiua Vnde poena damni differt a pena sensus. Cur ergo horres si dicatur Deus causat malum: cum tamen nõ horreres hanc Deus causat dolorem prius ergo hęc uox malum / poenas denotat: et apud omnes. Posterius uero et apud paucos culpas et peccata.

Nonum et trigesimum Mirabile.

On adducis hic secūdum argumētū quod tum fecisti Sic agis certo et de sequentibus. Argumentū secundū ꝓut uiuaci memoria teneo/ fuit hoc. Omne quod sub terfugit causatiouē cuiuscūq; cause a nnlla causa est. Sed malum est huiusmodi. Ergo a nulla causa est.

Magister Georgius AdComitē

Vnde ego conuersus ad peritū Comitē dixi ea uoce: ut etiā tu ipse ꝑcipes. Q̄d et egre tulisti: hę rationes ex uno ꝓfluūt medio. Verꝫ postquā te domū recepisti prudentior sublimius cogitādo euasisti

QVADRAGESIMVM MIRABILE

Rguis eo pacto. Impossinile est ꝙ aliq̄d sit perse et principaliter causatū ab aliqua causa: et maxime a deo: quod euenit preter intentionem talis agentis. Sed actus ue effectus malus ut malus ē non est perse principaliter intentus nęc desideratns a deo uel ab aliquo agente. Ergo non potest esse per se et principaliter ab ipso deo. Committis Frater inista

tua ratione plures defectus: per conse
quens plura mala: nescio si ex inten
tione: uel preter intentionem An solus
uel aliqua causa tecum concurrente For
san amici illius suggestione. Primo e Amicus
nim presupponis mala euenire ut mala
sunt: ergo presuppoīs mala ut mala esse
aliquid: nam quod est purum nihil: non
euenit nec cum intentione nęc sine inten
tione. Sed more tuo loq̄ris largo modo
Secūdo uideris presupponere ut aliquid
eueniat preter intentionem omnis cause
quod esś absurdum Loqueris ergo semp
improprie. et cupis ut uerba tua accipi
antur in bono sensu: neq; uis eum morē
gerere erga alios: quod certo est contra
primū pricipiū praticū. Oīa quę uultis Primum
ut faciant uobis homines et uos facite Principiū
illis. Dico tamen etiā deformitates illas Praticum
peccaminum dei prouidentia fieri et in
tentione non fortuitu: Nam aut nullo
modo fiunt. et tunc tota tua deductio ua
na: aut aliquo modo fiunt: Ergo deo pre
uidente et ob aliquid permittente. Si aūt

Deus nequeat futura preuidere / nisi pre ordinauerit ea Ergo aliquis actus uolun tatis eius transit super illa : ad hoc ut actus intellectus possit ea preuidere. No uit ergo deus actus illos ad quos cōcur rit ex pacto nobiscum fore malos unde cunq3 eueniat illa malitia. Et scit quod illi non fierent ipso non concurrente: et ordinat omnia in aliquod bonū. Nullū enim inquit Augustinus: ē a deo magnū malum: ex quo deus non eliciat aliquod bonum. Nichil ergo inuniuerso fit casu et fortuna simpliciter. Verum si preter ītentionem cuiuscunq3 cause fieret casu simpliciter et fortuna fieret. Si uellem te mordere ut tu facis: possem dicere te hic quid hereticum actulisse. Sed absit a me ut tuam reuerentiam tanta macula tum nota reddam. Dico ergo ad illam tue ratiocinationis minorem Actum ma lum ut malus est esse abipso deo preuisū cuius malitiam ob aliquod bonum per mictit. Tertio deficis. Nam quamuis deus non intenderet malum peccati: in

Augustinu

fendit tamen malum oppositum bono transcendenti; bono naturali: nam inten dit monstra. Forsan etiam bono morali. Tu ergo non cogitas nisi de uno malo semper. Non esse certo malum est. Et multa deus intendit non esse Monstrum esse malum est: quod tamen intendit. Ex omni tamen malo elicit bonum ut di ximus; ita quod non sistit ibi. Quarto frater mi facis magnū malum ī hac tua argumentatione. Arguis enim ex dua bus negatiuis replicando eadem minor tua talis fieri debebat. Sed actus malus euenit preter intentionem agentis: uel potius deficis ponendo in illa ratione ter illam particulam per se principaliter. Et certo non debebas eam assumere in minori Tamen deus parcat tibi: quia id non data opera: sed potius in aduertēter fecisti. Quinto uideris dicere ut nichil sit causatum ab aliquo per se: si illud eueniat preter eius intentionem.

Et dicis ut uerba sonant : quod non sit per se causatum ingenere cause efficien tts:quod falsum puto. Nam quamuis i gnis ascendere intendens adurat preter intentionem rem obuiam uel quã offen dit:per se tamen ingenere cause efficien tis Sic agens naturale perse destruit cor rumpendo:quamuis corruptionem non intendat. Nos aũt non dicimus: Deus ĩ tendit malum:sed facit malum:creat ma lum, Non ergo est uera illa maior. Con cedo tamen ꝙ Deus intendit producere malum :non appellando: quia illum ac tum qui malus.

PRIMVM ET QVADRAGESI MVM MIRABILE

Robando minorẽ dicis . Nullus in tendit malum ut malũ. Quo d certo falsum pnto. Nam et si forsan nõ inten dat malum sibi:intendit tamen malum alteri:ut malum alterius , Vtrũ autem quis aspiciens ad malum suũ opetur uel possit operari:ut qui se ipsum necat,

aut aliquid ex ꝓpria malitia opa͛t: alias.
Neq͛ mihi ꝑsuadeo te opusculū istud fe
cisse ut aīas abullo errore retraherrs sed
solū ut ī gloria frīs tui maculā poneres.
Sed sepe numero dū cgitamus malū fa
cere fratri nostro Deus illud conuertit ī
bonū Et qui fodit foueā interdum īcidit
ineam. Potest igitur etiam deus alicui
intendens malum facere: Omnia tamen
ipsum diligētibus cooperantur ībonum
et exuno quoq͛ dicitur bonū Vnde Apo Apstolus
stolus conclusit deus oīa sub peccato ut
omnibus misereatur. Vtrum aūt deus
de potentia absoluta possit alicui ītende
re malum exquo nullum bonū alteri aut
uniuerso sequatur: alias.

Secundum et quadragesimū mirabile

Icis confirmando: Deum quecunq͛
prīcipalit͛ facit etiā prīciqaliter uelle
Et penitus non posse uelle actum malū
ut malns ē: Ergo nec efficere. Transeat
illa maior suꝑ qua multa possem afferre
Sed sat erat eam sic ponere. Non potest
deus ullomodo facere ꝙ non pōt nullo

modo uelle: nam non concludis deum principaliter non facere malum: Sed nullomodo Quę cõclusio ut oñsum est centies: falsa est: nisi intelligas de malo peccati formalit. Et tũc cõtra ↄclusionẽ nostram hęc ratio non ꝓcedit: sicuc nęc ulla aliarũ. Et ĩ hoc maxime deprudẽtia tua miror cur tantũ onus frustra assump serit contra illam conclsionem Si tamen etiã diceremus: deus uult aliquod malũ ea rõne qua malũ huic/uel illi/ cõclusio ad huc esset uera. .xxxxiii: mirabile.

Onsequentia tali uteris. Si deus nellet per se actum malum ut malus est. Ergo deus peccaret. Arguis ut sepę facis: a superiori affirmatiue ad in ferius. Nam malum est superius ad peccatum: Non itaqꝫ sequitur. Vult malum/ergo uult peccatum. Sed dices uult malum in quantum malum. Frgo uult omne malum. Sed peccatum est malũ: ergo uult peccatum. Ergo peccat. Quicquid sit de prima consequentia/ hęc ultima non tenet. Nam de facto:

Deus uult peccatũm: uel peccatũ uult: quia uult hunc actũ secundum Thomã et hic actus est peccatum: ergo peccatũ uult. Deinde si etiam deus faceret illam deformitatem in actu: non tñ sequeretur ut deus pecaret. Sicut faciens album: nõ fit ex eo albus. Deus etiam posset illam diformitatem producere ut penam/non ut culpã Nã omne peccatũ ẽ penai usta: omins autem pene iuste auctor est deus.

Thomas

QVARTVM ET QVADRAGESIMVM MIIRABILE

ONCLVDIS . Ergo necesse est dicereq̃ deus uelit solum actum ut bonus est . Sit actus homicidii quem deus conproducit stante precepto. Non occides. hic actus est a deo ut causa prĩa Dicis eum esse bonum: quero/qua bonitate transcendenti et naturali/an meritoria et morali ? Si naturali/uel transcendenti: sic etiam actus ille est a uoluntate creata; Si aliis modis . Ergo idem actus esset simul bonus et malus meritorie in quãtũ ꝑducitur a deo et nostra uolũtate.

Quod ē tacendum. Contradicis quoq; tibi Nam sepius dixisti atq; dices deum esse cām actus tā ū: hic aūt dicis actus boni esse causam.

Sextum et quadragesimum mirabile.

Onaris hanc rationem contra illam nostram conclusionem directe deducere: Dicēdo Deus nō potest per se uelle effectum malum: Ergo nec producere p ɔña conclusio falsa que dicit deum esse causam omnis effectus et boni et mali. Et non recordaris pater responsionis: et eruditi Comitis et mee cum. M. Mēgo tibiq; una responderemus: Deum esse p se causam effectus mali: etiam malitia demeritoria: pro ut perse determinat cām siue modum causandi: nō aūt pro ut specificat ipsam eiusmodi malitiā: ut sit sensus. deus est perse causa efficiens actus peccati: est non autem ut sit causa efficiens peccati perse uel formalter sumpti. Si autem efficere dei ē uelle ut ais: Ergo nō incōgruit ut deus perse uelit effectū malū: cum ipsum efficiat perse: Vude

etiam Beatus Thomas dicit Deum cua
sare p se actum peccati ut infra patebit.
Septimum et quadragesimum mirabile
Andem ita cōcludis. Deus ergo nec ē
causa mali in se/ nec etiā causa actus
mali: ꝑut sub ē causationi diuine: ergo
nec formaliter nec materialiter. Immo
nullo modo est causa peccati/ uel mali
effectus. Primo falsum est/ ut deus non
sit causa alicuius mali in se/ idest forma
lter: si aliquod malum sit positiuum ue
luti ē: si etiam omne sit tantū priuatiuū
alicuius mali ē causa in se/ ut mali pene
eo modo quo tali modo fieri et effici cō
uenit. Deinde. Quę ꝯña ē ista Deus nō
est causa mali in se: Ergo non est cā mali
uel effectus mali? Hęc enim stant simul
ut aliquid non sit causa albedinis/ quod
tñ ē causa albi: quia rei hñtis albedinem
Sed quā puerilis ista ꝯña sit fugit ꝑscō
neminē. Actus ꝑut sub est diuine causa
tioni non ē malus: ergo non ē malus ma
terialiter. Vel sic. Deus nō causat actū
ut malus: ergo nō causat actum malum

Cur preterea uniuersaliter ĩfers? Immo nullo modo ẽ cã pcĩ/uel mali effectus. Cũ tñ sit causa actus peccati. Immo permittens aliquid ẽ aliquomodo illius cã. Deus aũt p̱mittit malũ pcĩ etiã formalit̃ Fastidio hęc. Nam plura uideris mala: quam uerba fecisse.

Octauum et quadragesimum mirabile.

Nuitus ĩ tertia rõne ↄclusisti ut uerba sonant/deũ esse cãm mali/nõ ut malũ sed ut effectus est. Et ita nrãm ↄclusionẽ cõcedis/et ꝓbas non p̱pendendo. Dicis enĩ Ergo inpossibile est deũ esse p̱se cãm alicuius mali effectus ut malus est/sed tantũ modo ut actus uel effectus ẽ Scio tñ quid cupias ibi inferre: nec uolo tñ te hic glosare. Neq̨ hũc defcũm existimo sed sic eos qui secuntur. Nam minor est falsa: uidelicet. Impossibile ẽ quod deus hẽat certũ et determinatũ ordinẽ ad actũ malũ/ut malus ẽ/nisi intelligas de malo peccati. Sed mihi sat ẽ ut hẽat ordinem ad malũ quod est effectus/non defectus At uero maior etiam falsa est/ quę dicit

Omnis per se et principalis causa habet certũ et determinatũ ordinem ad suũ ꝑse effcũm: quia intelligentia et aĩa est perse effcũs actu dei/et solius dei: nec tamen ad illa deus habet ordinẽ actualem: quia nullam relationem actualem cũ deus nõ referat ad creaturã/sed solũ eius relationem t̃minat. Quamuis ergo effcũs oĩs hẽat ordinem ad cãm: non tñ econuerso Aliquę enim sunt relationes de tertio modo relatiuorũ. Falsa etiam est ꝓbatio minoris: dicens. Effcũs malus ut malus est: includit essentialiter et necessario aliquam deordinationem et deformitatem. Nam effũs malus poene/nullam deordinationem includit et deformitatem: cũ possit esse a deo absq; medio. Tandem: quicquid sit de his non curo: satis est q̄ ista ẽt rõne nõ infers quippiam ↄtra ↄclusionem nostram: sed si quid ualet: ꝓbat solũ deũ nõ esse cãm pcĩ formaliter sumpti cuius oppositũ ↄclusio nullomodo scãt Nonum et quadragesimum mirabile.

Onfirmas eo pacto Albedo ẽ de eẽntia hoĩs albi scũm Aristo inpdicamentis.

Ergo a simili malitia ē de essentia actus mali. Et per ꝯñs si deus erit causa actus mali ut malus ē: necesse est dicere quod sit causa ipsius malitię et deformitatis. Dico ultimum ꝯñs esse uerū / nęc tñ procedere cōtra conclusionem ullo pacto. quia illa non dicit deū esse cām mali / ut malum ē. Miror cur illam similitudinē inducis: cum tñ ex ea nihil concludas. nam illud ꝯñs non sequitur ex illa similitudine. Sed sic ut te doceā etiā arguere / inferre debueris. Ergo si aliq̄d ē cā hoīs albi ē cā albedīs Ita siq̄d ē cā actus mali ē cā malitię Sed certū ē deū nō esse cām malitie saltē pcī ergo nec actus mali Ad hoc argumentū q̄d ꝑte feci. Dico nō eē uerū illud Vt quod ē cā hoīs albi sit cā albedinis aut hūanitatis Sicut nec cā hydromellis ē cā aquę ī se aut mellis . Sed tantū ē cā eoꝝ coniunctionis. Sed dices Quicquid ē cā alicuius est cā cuiuslibet quod ē de essentia eius. Sed albedo ē de essentia hoīs albi Ergo quicquid ē causa hoīs albi ē cā albedīs. Dico ꝓsupposita

ueritate minoris/quam p̄hs ubi allegas non ponit/minor deforma ē falſa. Nam materia prima ē de eſſentia rei naturalis nec tñ generans rem naturalem generat materiā; cū ſit ingenerabilis. Sed formā aliquomodo ꝓducit: quia ipa non poteſt ꝑexiſtere: nō tñ de rōne formali ꝯiūgētis extrema opus eſt/ea ꝓducere et cauſare. Deīde falſum ē ut albedo ſit de eſſentia hoīs aebi ꝓpe loq̄ndo ſic aīal aut rōnale ē de eēntia hoīs. Nā qd̄ nō ē unū eēncia lit̄ et p ſe: nihil ē de eēntia eius qa qd̄ nō eſt eſſentia aut q ditas una: nil ē de ipius eſſentia. Confirmatur ex ſeptimo diui. In dictis ſecundum accidens non eſt idem quod quid eſt: cum eo cuius eſt: Et quare? Quia nullum ſibi quod quid eſt. PLATO Preterea quinto et ſexto diuino. De ente per accidens non habetur ſcientia. Et qua de cauſa? Quia nulla ſibi eſſentia. Falſum ergo eſt primum aſſumptum: niſi intelligatur de eſſentia ſignificatioīs ut ſit ſenſus. Impoſſibile eſt ut per hoc complexum homo albus non ī portetur albedo. Si etiā hō albus eēt unū.

perse albedo esset de essentia eius. Sicut dicitur secundo de aia. Si oculus esset aial/uisus eēt aia eius. Vide q̃ subtilius ego ipse cōtra me induxi: nec tñ ueritas ↄclusionis nostre tali subtilitate deterior aut suspectior est facta;

Quinquagesimum mirabile.

N quarta rõoe descendis ad malum culpe/probando deum non esse cām per se mali culpe formaliter. Et sic nil inducis cōtra nos. Tangam tñ quedam quę adducis. Primo dicis omnis effcūs pse accipit aliquam ue sic similitudinem a sua pse causa. Illud aūt non uidet̃ ueꝝ. supposita opīne uestra ut nil sit uniuocū deo a creature; quia tūc nil erit similiter in creatura qualiter ē in deo. Si autem p similitudinem intelligas illā metaphori cam: tūc minor est falsa ut nihil sit meta phorice in culpa quod sit in deo. Illa enī aliquomodo dicit̃ esse; Cum aūt dicitur oīs causa assimiliat sibi effcūm: ītellige non ut sit talis formaliter: qualis causa/ sed ut sit talis formaliter qualis ipsa est

uirtute. Sed missa faciendo hęc: minor cum ipsa culpa non sit effcũs: cur exillo medio uis inferre eam non esse a deo. Nam et si omnis effcũs sit similis cause non tñ culpa: quia nõ ẽ effcũs. Sed uolebas forsan sic arguere. Omne quod est a deo est effcũs / Culpa non est effectus ergo nõ ẽ adeo. Et sic rõ hec coĩcidit cũ prima. Probatio etiam maioris non est bene posita. Dicis nanq; quia alias non erit per se effectus talis cause si nihil ab ipsa accipiat \ debebas dicere Si nihil simile accipiat uel si nullã similitudinẽ accipiat. Minoris quoq; probatio est mirabilis: Deficit a deo: ergo nihil accipit a deo. Quę consequentia non ualet. Nã omnis creatura deficit a deo: et tamen quicquid est recipit ab eo. Sic omne perfectius deficit a perfectiori. Non etiam recte illud antecedens probas dicendo. Nichil aliud est malum culpe: nisi deficere. Nam non solum est deficere: sed deficere a rectitudine quę deberet inesse tali operationi eo tempore.

Primum et quinquagesimum mirabile.

Vinta ratio tua presupponit omnem defectum qui est ineffectu prouenire ex de fectu causantis uel actionis eius. Ita/ut si neq; ī agente neq; ī actione sua sit defectus: neq; ī effectu suo erit defectus. Quod falsum uidetur. Nam deus potuisset res saltem aliquas: et secūdum aliqua: meliores et perfectiores facere ut

Thomas Thomas manifeste tenet: ergo in eis est talis defectus: ex eo: quia deus non uult plus eis trebuere/et tñ id non ꝓuenit ex defectu qui sit in deo: sed potius ex plenitudine pfectioīs et libertatis sūme sue uolūtatis Ista tua rōne qdā phoꝝ moue banť dicere Deū nil preť pmā ītelligētiā sine medio ꝓducere ne sue actioni defcū

Theologi tribuerent Sed Theolo qui deum libere uīuersacreare asserūt: id soluūt facillime Deinde non arguis contra cōclusionem sed contra quoddam fantasma capiti tuo infixum: uidelicet Deus est causa mali: ut malum est: hoc est mali peccati. Nec uidetur uerum ut malum essentialiter

dicat defectnm: cum aliquod malum p
phm opponatur bono contrarie per ɔñs
erit ens positiuum\ut uitium et actus ui
tiosus: et dolor: omneq̃ appetitui incon
ueniens et molestum.

Secundnm et quinquagesimũ mirabile.

Extam rationem dicis directe proce
dere contra illam conclusionem qua
dicebam sic. Dicere deum benedictum
esse causam peccati ẽ multimoda ueritas
et nullimoda heresis. Sed certe uniuerse
tue rationes si quid ualent contra hanc
ꝓcedunt/ et non cõtra primã ullo pacto
Enimuero in tota illa disputatione solũ
contra primam conclusionem fuit argu
tum/ hęc simul cum aliis post longam
disceptatioẽ fuit lecta Et quo pacto eã
intelligebam. Tu postulasti. Qua cum
declarata subito capite discopto uniuer
sis conclusionibus honorem exhibuisti
ꝓtestãdo eas ueras et katholicas. Nũc
autem nescio an Camertini instinctu camertinus
dicis/ quod in illa est omnimoda heresis
potiusquam multimoda ueritas/ quia cõ

tradicit toti scripture sacre: et omnibus ab ecclesia a ꝓpbatis doctoribus. Miror ergo hic cur dicas te disputasse ꝯtra hãc cõclusionem. Deinde Cur contradicis tibi Primo eam Katholicam Deinde hereticam astruendo.

Tertium et quinquagesimum miribile.

Ere bone uir demirabilibus es Nam posita mea cõclusione paucis lineis postmodum eam uiciare cepisti: ad hoc ut facilius eam argueres hereseos. ponis enim eam sub his uerbis Deus est per se causa pcī. Ego aũt eam sic posui. Dicere deum esse causam peccati est multimoda ueritas: quę insapientis uiri oculis ualde differunt. Dixi itaq; non omnimoda ueritas/ sed moltimoda. Et quia multimodo non habemus negatiuum correspondens usitatum/ nisi diceremus moltimodum: Iccirco dixi et nullimoda/ hoc est fingendo uocabulum nultimoda ueritas Dixi etiam id ꝓpter Franciscum qui in Conflatu suo nõ uidetur ĩfine cuiusdam quõnis ab horrere ut etiam defectus ille

sit a deo: quia deus non dedit actui recti tudinem. De quo alias Et magister sentẽ tiarum non nega; illas deformitates: ut punitiones sunt esse a deo Quod aũt illa ꝓpõ sit multismodis uera patet: Primo enim nihil ullo pacto euenit sine diuina ꝑmissione Deĩde peccati materialiť siue actus peccati ẽ causa. Tum quia reatus illius qui cessante omni actu malo et in terior et exterior est causa: maxime capi endo ut Scotus declarat/et tamen ille re atus dicitur peccatũ: quod penitẽtia dele tur. Et hoc pacto Magnus Comes olim posuerat peccato finiti tẽporis nõ debeť pena infiniti temporis. Deniq;. Quod illi actus sint mali demeritorie. et pecca ta mortalia prouenit ratione precepti. Nam peccatum est/dictum: factum uel conceptum contra legem diuinam: Vt ait Aurelius. Et preuaricatio legis diui ne ac coelesttium in ob uiam mandato rum; ut inqnit Beaius Ambrosius.

Scotus

Augusti

Ambrosi

Et quis audebit his modis illam propo ſitionem aſſerere hereticam aut falſam? Ecce quam multimoda illius ueritas cõ cluſionis. An autem ſit hęreticum deũ dicere eſſe cauſam peccati formaliter: eo modo quo priuationi cõpetit hẽre cãm dimittimus. Cum autem dicis. Eſt con traria ſacre ſcripture et doctoribus. Di co quod ſecundum multas auctorirates deus nõ uidetur eſſe cauſa peccati etiam fundamentaliter. Et tamen qui tenent op poſitũ gloſant q̃d ille auctoritatesſũt in telligẽde de pcõ formalit̃ ſic hi gloſarẽt ut ſint intelligende de uoluntate añti Nollet enim deus illam deformitatem. Et q̃d deus nõ facit pcũm id ẽ nõ peccat Tñ de his nõ ẽ mihi cure q̲a ꝯcluſiones mee id nõ affirmant. Si tñ rõnes ex una parte uincerẽt aperte Ab illo eſſe illũ de fectum a quo eſt ſubſtantia actus. Et qui producendo actum non producit recitu dinem ille eſt cauſa priuationis Et quod hic actus poſt preceptũ nequit produci niſi malus et quod tam merittum quam demeritum ſit a deo.

Magiſter Georgius

Et exalia parte fides urgeret dicere deũ non esse cām peccati Tunc ergo faterer deũ nõ esse cām etiā actus pecī potius q̄ uellem cõcedere añs / et negare ꝯñs / ꝯñie bone. Dicere aũt deũ non esse cām alicu ius actus uolũtatis nostre / non ē heresis Quamuis etiā ex illo multa dificilia ori untur. de quibus alias.

Quartum et quadragesimum Mirabile

Icis illud quod ē simpliciter falsum: non potest esse multimoda ueritas; Sed hoc ē tale. Quare: hic tibi negatur maior. Nā hec oratio Bonũ est occidere filiũ ē siplicit falsa: que tñ multiphariā est uera pp iustitiā seruãdam: pp diuinũ preceptũ: Si ille prēm fugere nõ ualentē aut alit se defendre agrederet occidendi cā. Preterea nec minor uidet uera Nam pcũm sicut et malũ duo inportat. Sicut ergo illa prius fuit ꝯcessa absolute \ Ita et ista hic. Immo potius hęc q̄ illa. Nam nonnulli pacuti Parisienses inquirendo cur q̄dam ꝯcreta accidentalia sint noīa substantiua: ut pat ct magister: quedam

adietiua ut albus. Rñdent: quia illa sub iectũ significant. cacidens concernunt. hęc uero econtrario Sic et artificialia di cit Comentator Secundo de aĩa comẽto octacuo/ pus significare subiectũ/ ut do labram et securim. Quare de ui sermoĩs hęc uidetur absolute uerior: sed quo ad sentẽtiã Theologoꝝ dicemus põtmodũ

Quintum et quinquagesimum mirabile

Ic arguis ꝓbando minorem iam dictã Quicquid ẽ formaliter falsum/ ẽ sim plicit̃ falsũ. Sed sic ẽ ĩ ꝓposito. Quare. Vbi aduertendum: ꝙ si loquamur de fal sitate quę ẽ passio uel mẽbrum passionis enuntiationis tunc quelibet ꝓpõ falsa di citur formalit̃ falsa ad drĩam cõplexioĩs uirtute false. ut canis sapiẽs Et sic maior presentis sylloismi est falsa; Ac etiam minor: quia formaliter non est falsnm de ui sermonis. Deum esse cãm peccati. Si autem loquamur non de falsitate quę formaliter semper in est propositioni false: sed rationi significati formalis ali cuius t̃mini ut mali: tũc minor ẽ uera et

maior falsa. Nã ē ueꝝ capiendo formale contra materiale/ ut defcũs ille sit significatum formale; et non actus ut diximus superius de malo Cum autem dicis hãc minorem fuisse a me concessam/ certo somnias. Bene enim concessi Deum non esse cãm peccati formaliter capti: ut communiter dicit: Tamen semper concessi deum cãm mali absolute. Et nũc dico ꝙ etiam peccati de ui sermonis tantum.

Sextum et quinquagesimum mirabile.

Robas minorem sic. Formalitas uniuscuiusq; rei denominat rem simpliciter esse talem. Quicquid enim est formalit tale: est simpliciter tale. Hęc est minor huius probationis quam dicis esse maximam omnium Scotistarum. Sed non licebat tibi ponere falcem in messem alienam. Primo mi frater erras. Nam non omnis formalitas denominat: animalitas enim est formalitas; non tñ denominat. Secũdo erras. Nam et si denominat: nõ tñ semꝑ simplicit albedo ē formalitas. Ethiopis: q tñ nõ denoĩat ipm simplicit

Tertio erras. Quia non omnis ppositio formalit talis: ẽ simplicit talis ut patet: quia ppō secūdum quid falsa: ẽ formalit falsa: nisi formaliter ītelligas essentialit Quarto erras: quia credis ut enuntiatio sit materialiter uera: qn̄ cōcretū summit psubiecto: et formaliter qn̄ pro forma inherente: ubi equiuocas / si rōnem quis inspiciat. Quamuis itaq; qd̄ est uirtute aliquale non sit simpliciter tale: non tn̄ sequitur. Ergo quod ẽ formaliter tale / ẽ simpliciter tale Formaliter: ergo distin guitur contra uirtualiter interdū: inter dum contra accidentaliter: interdū ↄtra materialiter. Addis minorem: Sed deū esse cām peccati est formaliter falsum: secūdū eos / uidelicet Scotistas / Error etiam ibi est: quem et superius ibi posui sti. Sic enim dicunt Scotiste deum esse cām peccati formaliter / est falsum: non aūt deum esse cām peccati: ẽ formaliter falsum.

Septimum et quinquagesimū mirabile.

Andem inducis sextam rationem fa ciendo mirabilem disiūctiuam sic p.

Aut deus est causa pcī: quia ipe peccat: aut quia facit alios peccare. Quorum utrūq̧ ē inconueniens. Et ego quero ex te. Aut omnis faciens peccare peccat et non econuerso/aut non. Si primū ergo disiuncxisti inferius cōtra suū superius. Si secundum/tūc nullum inconueniens sequet̄ cōtra diuinā pietatem et iustitiā. Cuius oppositū ꝓbare niteris/dicendo quod tūc deus esset impius et in iustus. Sed ad rem: quia hic hēs fugam: quero ex te quid intelligis pfacere peccare: aut prouocare ad pcūm: aut non impedire ipsum cum posset: aut conproducere. Et secundo modo facit peccare/hoc est nō īpedit oīo peccātes. Tertio fecit modo illud id ē actū pcī Et sic non ꝓprie facit peccare. Aliq̄s ergo facit pcūm. i. actū illū: qui tū nec peccat/nec facit peccare ꝓpe: q̄a nec iubet/nec ꝯsulit Aliquo ergo modo facit peccare Cū dicis neminē auertit ab ultimo fine. Concedo ea uolūtate qua uult omnes saluos fieri: non ea qua multos condemnat. Cum etiā dicis

Thomas quod esset impius et iniustissime nos puniret. Certum est secundum Tho. deum esse causam illius actus propter quem nos punit: nec tamen est iniustus: quia ille actus est in nostra potestate: et ipse non causaret illum sine nobis.

Octauum et quinquagesimum mirabile.

ARGVMENTARIS. Quod sicut omnis effectus bonus denominat causam principalem esse bonam. Ita et malus malam. Istud quod assummis non semper est uerum. Nam interdum causa minus principalis erit ratio bonitatis et malitie in effectu: ut Mater in filio qui a patre/ ut aiunt/ est principaliter. Optimus etiam artifex. Volens producit opus imperfectissimum. Causa ergo principalis/ si parcialis aut libera sit: non est opus ut imperfecta dicatur ratione imperfectionis: que in effectu Imperfecta enim esset: si nequiret ei tribuere: non autem si iuste nolit. Sed cachinno me afficis: cum dicis. Sed deus nec materialiter nec formaliter potest uere denominari malus.

Ac si deus / sicut malũ / posset capi fundamentaliter et formaliter. Si autem sic uelis construere. Deus non potest denominari malus; nec malo formalit̃ sumpto / nec malo materialiter sumpto. Iterũ ridebo: quia malũ sumptum materialiter non denominat aliquid eo modo / sed denominatur a malo formalite r accepto. Si ergo deus sit causa ut ais solũ subiecti malitie: non est opus ut ipse sit malus Si aũt omnino uelis ut denominet: tũc erit denomĩatio extrenseca uel uirtualis Sicut dicimus Deus ẽ pacientia et spes nostra / q̃a efficit patĩam et spem ĩ nobis

Eus arguis diligit / Lix. mirabile. oĩa quę fecit. Sed nullo mndo diligit effcũm malũ: ergo nullo modo ẽ cã p se et prĩcipalis effcũs mali. Conclusio ista frat̃ mi seq̃t̃ uĩuersalius. Nã ĩfert̃. Ergo nullo modo ẽ cã effcũs mali. Quę ↄclusio ẽ manifeste falsa: quia si nullo modo ergo nec pmissiue: nec pfundamẽto. Deinde falsa est. Minor. Nam ĩ Logica est uera hęc resolutio / hoc diligit Deus

demonstrato quocūq effectu: et hoc est malum: ergo malū diligit. Sic etiā malū facit. Quāuis pene malū etiam diligat: ea rōne qua huic uel illi malū Et ita falsa ē ꝓbatio minoris. Diligendo enī effcūm tantū. Effcūm malum diligere contingit Nec tñ contingit semp: ut qñ Beatum Franciscū diligit. Confirmatꝰ Nam cū inimici essemus: reconciliati summus. Et uenit querere et uocare peccatores. Quos certo ad tam inmensum bonum nō uocaret: si eos minīe diligeret pcōres ergo diligit deus: quos tamē odio habet altissimus. Multa ut patet ex dialetica/ cognoscimus et amamus: quę tñ sub ta li rōne nec cognoscimus nec amamus. Vnde falsum est: ut qui effcūm malum diligit, diligat malitiam aut deformitatē Falsum quoq ē/ ut impossibile sit imagi nari effectū malū sine diformitate Quia malum dolorū quod patiebatur Iob non erat diforme. Deinde quamuis nequeam imaginari effectum malum sine malitia tamen possum effectum malū imaginari

et considerare sine malitia: ut constat ex logica/ que docet discernere ꝓpositones ueras a falsis.

Sexagesimum Mirabile.

Stendis te exameron nõ recte legisse neq; Alexandrum aut Thomam aut Bonaucnturam inspexisse. Dicis enim Omĩs effectus dei ẽ ualde bonus. Ex eo quia scriptum est. Vidit deus cuncta q̃ fecerat et erant ualde bona: hunc autem passum doctores exponut de ordine partium huius uniuersi quẽ dicunt optimũ non autem ut unaquequ; res sit optima Vnde tt sacra scriptura/ aiunt) desingulis/ dicit: Vidit deus quod esset boum/ de omnibus uero: ꝙ erant ualde bona. Miror cur ĩ re tã notissima aberraueris. Vnde et Magister sic dicit Ex omnibus consistit uniuersitatis admirabilis pulcritudo: in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum est. Taceo hic de prima huius ratiocinationis quam dicis Quicquid ẽ ualde bonum/ nullo modo est malnm. Nam ut capis ualde bonum

Alexander
Thomas
Bonauetu
Magister

absolute ut est deus\tunc nil ad.b. Aut
secundum quid et ut tale ens: tunc est .
falsa: quia optima musca: est malum sen
sibile et imperfectũ/ homo quoq; unus
est melior altero. Minus autem bonum
habet rõnem mali . Tateo de conclusio
ne huius rationis quę sic ponitur. Ergo
nullus effectus dei ẽ malus: saltem quo
ad culpam nec materialiter nec formalit̃
Quę ↄclusio falsa ẽ :quia aliquis effcũs
dei est malus materialiter/hoc ẽ materia
uel subiectum malitie. Nam deus est cã
actus: etiam peccati secundum thomam
qui actus ẽ materia defectus . Tateo in
eptam probationem minoris ubi dicis.
Aut ille effcũs dei erit omnino alienus
a malo: tam formaliter quã materialiter
aut non Et tandem tenes quod sic: quod
falsum est: quia effectus dei põt esse sub
iectũ malitie. Et cũ suddis Valde bonũ
excludit omne malũ exui significationis
Illud nõ est uerum/nisi superlatiuus ille
sumatur absolute et secundũ entitatem
Nam omnis creatura etiã secũdum tho

est composita ex actu et potentia. Et ita ex perfecto et inperfcō. Inperfcūm uero dicit rōnem mali. Aut ergo nulla creatura ē ualde bona. Et ita ɔtra te Aut si oīs uel aliqua sit ualde bona. Frgo aut ab ea ex cludit omne malū et omnis defectus Et erit contra Thomam: aut erit ualde bona cum aliquo defectu et malo et per consequens non excludit omne malum. Quod ē iterum contra te. Ex his nil poteris eligere: quin contra te semp sequat thomas

PRIMVM ET SEXAGESIMVM MIRABILE.

MIROR uere ueritatis professorem asserere omnes istas rōnes induxisse et uinti quinq; policitum fuisse inducere Cum tamen paucicissimas horū induxeris. Neq; opus erat tuas replicare rōnes quia omnes procedebant pene ex eodem fundamento. Ideo sat erat illud euertere Neq; ulla illarum rationum procedebat contra conclusionem: nec uere nec cum uelata falsitate.

Omnes enim concludebant deum non esse cām mali culpe/ut malum tale. Vñ semper ex preiacente inferebas redupli catiuam contra dialetice artem sic dicen do. Est causa effectus mali: ergo inquan tum malus: est causa mali: ergo inquātū malum recte intulisses econtrario.

Secundum et sexagesimum mirabile.

Cribis conclusionis nostre sonū esse ut deus sit causa nō mali/ sed effcūs mali: aut mali materialiter dicti. Placet ut cōfitearis quod tociens mihi negasti. Sed addis ꝙ ī priori altercatione dixerī: sine distinctione deum esse principalem cām omnis mali: quod iactaris te in cre passe tanquam hereticum. Ostendis hic te esse hominem: qꝛ nō recordaris illud quod inprima altercatione increpasti nō

M. Lucas fuisse a me dictum: sed a Magistro Luca Senense ut superius diximus. Esto etiā quod dixerim/tunc non erat opus distic tione/ quia loquebamur de omi malo pp Ade peccatum inflicto. Quę sunt mala damni: uel poene cuiuspiam Quis enim

amouit ab Adam iustitiam originalem? Quis expulit eum de paradyso uolupta tis? Quis dixit In sudore uultus tui ues ceris pane tuo? Et iterũ maledicta terra inopere tuo? Et mulieri In dolore paries filios tuos quis dixit nisi deus? Preterea si deus sit cā omnis actus uel sibi cti et omnis malitia fundetur ĩaliquo subiecto hec propositio est uera Deus est causa omnis mali. Et ita prophetiam superius Erudite Pollitians noster induxit. Nec tñ sequitur Ergo est causa omnis malitie uel omnis mali: inquantum malum. Pollitianus

Tertium et Sexagesimum mirabile.

IDERIS tibi alter MYNOS esse. quia dicis responsionem partim ac ceptauimus: partim non inprobauimus. Sed progrediamur Adducis glorise dic tum Beati Thome dicentis. Deum esse per se causam illius actus qui est pecca tum: tamen causationem Dei non atin gere usque adpeccatum: nec tamen uide ris sententiam eius accipere Quid enim thome

est dictu. Deus est per se causa illius ac
tus qui est peccati actus / nisi ipsum esse
causam peccati ꝓsubstracto / siue funda
mentaliter ? Et quid est dictu: non atīgit
causatio dei usq̄ ad peccatum / nisi ipsū
non causare peccatum formaliter ? Et ita
Scotus Scotus a Thoma non differt. Vbi in
nuit Thomas Deum concurrere ad om
nia alia illius actus: usq̄ ad rōnem pec
cati exclusiue Quo modo tu ergo audes
dicere. Est causa actus tantū inquantum
Thomas actus. Cum Thomas dicat. Est causa
actus peccati ? Ipse enim expresse dicit
Deus est causa actus peccati. Ergo ego
inferam et actus mali / quod tu semper
Thomas negas. Et subdit Thomas / non tamen
est causa peccati: quia nō ē causa huius
quod actus sit cum defectu. Ac si aper
tius diceret Hęc propositio Deus est
causa peccati est neganda: inquantum so
nat quod deus sit causa illius actus cum
defectu. Ex quo colligitur: quod deus
non est causa talis deffectus: nec etiam
illius aetus et defectus simul: sed bene

illius actus sub defectu. Id est in quo fundatur defectus. Falso ergo inducis ex mente Beati Thome. Deum nullo modo esse per se cām peccati: sed bene deum nō esse causam ullo modo peccati per se formaliter sumpti Vt tibi etiam in disceptatione illa dicebamus. Falsum etiam ē quod deus uel causatio dei nullo modo pertingat ad peccatum: sic intelligendo ut peccatum nullo modo sūptum nec pro actu nec pro defectu sit a deo. Accipiendo uero ut nullo modo / idest per se nec per accidens Deus attingat peccatū formalite est uera: ut comunitē dicitur. Falsum etiam ē: ut contradictio sit deum esse perse causam alicuius pecī eo modo. Nec illud offendit pias Christiani aures / sed pharisei impias. Thomas

QVINTVM ET SEXAGESIMVM MIRABILE.

ONTRA DICIS TIBI IN paucissimis uerbis. Nam dicis

Scotus Thomas

Scotum et Thomam non sententia: sed uerbis differre. Et paulo añ premiseras Scotistas euadere argumenta contra opinionem illorum inducta: nec tamen soluere/ quia hoc penitus impossibile esset Quero de istis argumentis ĩsolubilibus aut procedunt contra sententiam Scoti: Aut ɔtra incongruã et intersã locutionẽ Si primo modo: ergo eodem modo procedent contra Thomam. Si secundo

LAndinus Pollitian Augusti

modo. Mitte eam prouintiam Landino disertissimo. aut Pollitiano facũdissimo Audi Augustinum: non est curandum de uocabulis/ cũ res ipsa constat Tñ illa uocabula sũt certo acomodatissima Peccatum materialiter siue fundamentaliter Peccatum formaliter. Sicut dicendo: actus peccati/ et ipse de fectus talis.

QVINTVM ET SEXAGESIMVM MIRABILE.

Ccipis duas propositiones Deus non est perse principalis cã peccati

Deus est per se principals causa peccati et queris que sit uerior. Et dilatas ad modum philateria asserendo primam ualde ueriorem. Placet primū: quia illas comparas inueritate per consequens utranqȝ ueram afirmas. Et sic tibi contradicis. Sed ex assuetis aiunt/ nō fit passio Verȝ miror ubi ī doctrīa Scoti aut dictis meis in ueneris Vt deus sit per se princpalis causa peccati? Ego namqȝ hoc unū dixi: hanc propositionē Deus ē causa peccati multis ēe modis uerificabilē Neqȝ oppositum habemus ex sacris litteris: aut ecclesiastica sanctione. Afferam tamen quippiam quod tibi dificilius uidebitur Nam ꝓpositio potest dici duplici modo uerior. Consuetudine uidelicet quadam uel ui uerborū Et uidetur quod illa affirmatiua eque uera sit de ui uerborū Nam peccatū aut concernit deformitatem et significat substantiam. Aut utrūqȝ eque importat. Aut formam significat et substantiam concernit. Et quocunqȝ modo accipiatur oratio: non fit minus uera. Scotus

Ratio aūt supius allata fuit Accipiamus
itē alia uocabula cōcreta similia pcō aut
malo: et sit quispiam cęcus aut surdus/
cuius priuatio nō sit p se a deo: ipe uero
sit secūdū totū suū ēe. Quęro uera hax
sit uerior. Deus ē p se causa cęci An illa
Deus nō ē p se causa ceci. Et potius fate
beris affirmatiuā. Consuetudo tñ Theo
logox ē potius negatiuā illā uerā astrue
re. Primo ne hoīes retorqueant peccata
in deum cogentem. Deinde ne credatur
deus ipse peccare. Tum quia deus non
solum nollet deformitatem. sed etiam
nollet actum peccati quem tamen nobis
cum producit. Quę autem deus uult:
aut nollit uolūtate antecedenti dicit̄ co
muniter uelle aut nolle. Vnde ndn dici
mus: deus non uult omnes saluare: aut
uult peccatorum mortem: cum tamen
simpliciť hoc uelit: et illud nollit: Sicut
Thomas Scotus Thomas et Scotus dicunt proiicientē
merces in mare gratia euitendi naufragi
um simplciter uelle proiicere. Nonne
damnata fuit hęc propositio: Maria est

Mater Chisti? Cum tamen de ui sermo
nis sit nō modo uerior sua opposita/sed
ipsa sola uera: Et hoc ea ratione: quia
Nestorius nomine Christi purum ho
minem intelligebat. Non replico errorē
quem tu pater mi hic replicas. Nos enī
non dicimus hanc. Deus est causa pec
cati ēe formaliter falsa/sed bene hanc de
us est causa peccati formaliter. Quod
tua reuerentia nondum aduertit.

SEXTVM ET SEXAgesimum
Mirabile.

Icis post hac. Ergo necesse est: ut
omnes Scotiste dicant deum esse
cām pēe ipius actus tantū: Miror frater
mi/cur non concedis Thome tui dictū
quod ipse attulisti: uidelicet: Deus est
causa actus peccati. Quamuis eni deus
non causet deordinationem: sed actum
illum solum/tamen hec propositio est
est uera. Deus causat actum talem. De
inde peccatum formaliter sumptum est
poena et sepe numero est poena alterius
peccati.

Scot

Tho

Et hę punitiones iuste sūt: et a deo sunt nec tñ inquantū peccata sunt a deo sunt Sed inquantū poene sunt peccati: et tñ in quantum pene sunt priuationes boni sunt: ut inducit magister sententiarum in secundo.

Magister Sentētiaꝝ

Septimum et sexagesimum mirabile.

Mnis actus ꝓut est adeo principalit̄ necessario res quedam ē et bonus est ergo ut ab eo ē: non pōt dici malus quo ad culpam. Ego nunc cōsimiliter arguā Actus ꝓut a uoluntate creata ē licet ma la res certo quedā necessario ē et bonus ē: uidelicet illa bonitate: ergo ut ab ipa est non potest dici malus quo ad culpā. Vide nunc quanti momenti sit ɔñia illa An ignoras bonitatē entis non repugna re malitie morali aut demeritorie? Opor tebat te inantecedente addere et bonus ē meritorie: ad hoc ut ɔñia ualeret. Sed tunc añs erit falsum ītelligendo de actu adulterii siue peccati in comuni.

Octauum et sexagesimum mirabile.

On uideo / subdis / ut ex eo ꝙ deus sit perfectissime causa actus peccati: qui

actus bonus eſt: poſſet dici cā peccati uel effcūs mali. Ad modū ꝓfcō Luſcus ē: qui illud uidere nequit. Sed non uis recordari irrefragabilis ſyllogiſmi. Et ut egregie. M Karulus ordinis ſacri Seruoꝝ induxit. Si eſt cauſa actus peccati: cur nō actus mali? Nam ab inferiori affirmatiue ꝓceditur. Magiſter Karulus

Nonum et ſexageſimū Mirabie.

Agnum comittis ignorantię Elenchi fallaciam cū dicis. Impoſſibile eſt unā et eandem rem reſpectu eiudem ſimul et ī eodem tp̄e eſſe bonā et malam/ uel bonā et nō bonam. Nonne idem actus uoluntatis ɔtrarius p̄cepto ē bonus reſpectu eiuſdem uolūtatis ſimul ac malus? Et quare? Quia bonus uno modo: malus uero alio. Ad bonū enī Elenchū quatuor requiruntur. Vnde a tribus arguere adquatuor nō licet niſi uelimus etribus ouis ut ille quīq̧ facere. Si dixiſſes/ Idem reſpectu eiuſdem: eodem tp̄e et eadem rōne: nequit eſſe bonū et malum recte utiq̧ idfeciſſes Sed tu unā condictionem boni Elenchi neceſſariā obmiſiſti: et aliā bis replicaſti/ dicendo ſimul et in eodem tempore. Et ſic diminute et ſuperflue locutus es. Bonū ergo et nō bonū

non ſunt ɔtradictorie: niſi obſeruatis illis quatuor circūſtantiis. Sed obdignitatē tui nominis he increpationes pueris note me certe faſtidiunt.

¶Septuageſimum Mirabile:

Dicis omnis effectus et omnis actus ꝑ ſe prīcipaliter adeo cauſatus neceſſario eſt bonus materialiter. Ego plus offeram. Omnis effcūs et omnis actus creature eſt bonus materialit̄: nec ea bonitate obſtante ſepe ē malus alia malitia. Deinde Aut illa dictio materialiter determinat effectum ut ſit ſenſus. Oīs effcūs materialit̄ ſumptus eſt bonus. Et ſic eſt uerum: intelligendo de bonitate rei: non moris/ aut demeriti. Nam actus peccati etiam ut ē a deo nō eſt bonus meritorie. Nec tamen ſequitur. Ergo/ ut eſt ab illo eſt malus de merttorie/ quamuis ille actus qui eſt a deo ſit demeritorius. Aut illa dictio materialiter ſpecificat ipſum bonum: ut ſit ſenſus. Omnis effectus dei: eſt bonus materlaliter: hoc ē ſumendo bonum materialiter: nō dico materialiter pro illa uoce/ ſed ꝓ fundamento bonitatis. Quod nichil eſt dictu: niſi eſt bonus ſe ipſo. Nam ſubiectū boni ī propo

sito est effectus dei. Actus deniq; accipit materialiter pro subiecto in quo est: uel obiecto circa quod uersatur/ ut sit sensus. Omnis actus materialirer id est ꝓsubiecto est bonus Vel sic: omnis actus materialit id est rône obiecti ē bonus. Et uerum ē bonitate rei: cum hoc tamen stat: ut subiectū sit malum sicut et ipse alia malitia. Sic et obiectum interdum est malū aliquo modo moraliter Ratione cuius dicitur actus malus ex genere. Ita uarias dicta tua/ ut uideantur colores columbini collis.

Primum et septuagesimum Mirabile:

Onaris postmodū ōndere nullo modo Deum esse cām peccati aut mali Nam secūdum Sotistas/ ais/ dicit causa peccati materialiter (ut in summa/ que sentis/ afferam clarius quā tu ipse. Et dicis qđ nullus effcūs dei ꝑ se dicitur malus nec materialiter nec formaliter: ergo nullo modo. Qđ ꝓbas: quia materialr ē ens et res quedam et ꝑ ꝯñs bonus: ergo non malus: cū materialitr esse bonū et materialrter esse malum sine contraria. Hec est snia tua. Sed quis nescit effcūm omēm sumptū materialit ee ens et bonū a quocūq; sit eiusmodi effcūs

Scotiste

Nec tamen sequitur ut ille effectus non sit quandoque malus / hoc est non sit uestitus īdumento malitie moralis et demeritorie: Nam hęc duo. Videlicet: bonū naturale: et malum moris stant simul et non sunt cōtraria· Opus namq̧ ē ut bonū sit subiectū mali: sicut bonum ē causa mali secundum

Magister Sentētia℞.

M. Sententiarū: Nihil enī ē undiq̧ malū. Mala ergo ex bonis orta sunt: et in bonis reponunt̄: sed illa bona tali malitia adiuncta incipiunt sic dici mala / ut tn̄ nō desināt esse bona. Incongrue quoq̧ dicitur effcūs dei materialit̄ et formaliter: nā q̄uis effcūs bonus: sit dei effcūs: siue ꝓsubiecto siue ꝓ forma accipiat̄: nō tn̄ effcūs malus ut adulterium / ē effcūs dei / nisi materilit̄ ut coīt̄ dicit̄: Et tu tenes In epte igit̄ dicit̄ effcūm dei et formaliter et materialiter esse bonū: cū aliquis effcūs formaliter nō sit dei: sed solū materialit̄ Deinde adulteriū formalit̄ nō ē effcūs malus: sed ipsa malitia. Et ipm fūdamētalit̄ sūptū ē malū formaliter / illa malitia formaliter sibi inherente.

Yllogismo expositorio ualde LXXII cōfuse uteris. Iste actus puta fornicōnis ꝓut actus tanū: est prīcipliter a deo Et iste

idem numero actus/ ꝑut ē pricipalit̄ adeo est bonus et formaliter et materialit̄ Ergo iste actus ꝑut principaliter ē a deo: non est malus nec materialiter nec formaliter Sed iste nō ē syllogismus ualidus/ quē Comes contra te induxit. Tu. n. ī cclusione ponis mediū terminū ꝯtra omnē artem: sic breui arguendo. hic actus est principaliter a deo Et hic actus ē bonus materialit̄ et formaliter. ergo hic actus nō ē malus nec materialiter nec formaliter. Debueras sic inferre directe. Ergo bonū materialiter et formaliter est a deo principaliter: uel econuerso in directe Secūdo peccas: qa medio termino īconclusione nullum extremorum unis ut patet. Dicere enī debueras Ergo iste actus est bonus materialitet et formaliter. Nec sequit̄ ē bonus: ergo non est malus. Nam aliquod bonum est malum. Et omne malū est aliquod bonum siue aliquomodo bonū Peccas tertio in plicando: quando dicis: pro ut actus tantum: est a deo: et prout est a deo/ est bonus. Cum enim dicis actus tantū excludis bonitatem. Peccas quarto quia actū fornicationis ꝑut ē adeo dicis et formaliter et materialiter bonū. Nam aut Comes

est formaliter a deo adulterium/et sic ɔtra te/aut solum materialiter. Ergo illo modo solum est bonum naturaliter: cui tamen iuncta est malitia moris. Et concludis: Ergo nullo modo potest dici: ut deus sit principalis causa peccati. Quamuis tali locutione: ne ipse quidem sim usus. ut Deus sit principalis cā peccati. Dico tamen quod hęc aliquando est uera. Deus est per se principalis causa peccati: quia peccati materialiter sumpti Vnde hęc ē simpliciť uera apud Thomam. Deus per se ē causa actus peccati: siue peccati fundamentliter sumpti.

Beatus Thomas

TERTIVM ET SEPTVAGESIMVM MIRABILE

Icis in sūma Nos aliter non posse euadere argumenta nisi dicendo: quamuis omnis actus pro ut sub est actioni diuine sit bonus et materialiť et formaliť: tñ multi sūt mali/ nō ut sub sūt causationi diuine Enimuero. Nos dicimus ita. Oīs actus ut a deo ē: bonus ē bonitate nature suę. Sic etiā ut a uolūtate nostra ē. Deīde. Omnis actus ē ꝓut ē a deo nō ē bonus moraliť et meritorie: Tertio actus adulterii cuius ac

tus p se e causa Deus formaliter sumptus
nō e bonus: sed e ipsa forma qualicūq; sit/
non curo/qua subiectum dicitur malum.

Eus ais nullo modo LXXIIII. mira
nec formaliter nec materialit e cā p se
principalis pcī. Sicut dicūt tū oīs aꝓbati
antiqores doctores: tū sacre scrpture. Nō
miror hic elegantiā latine lingue: quia ca
pis oīs ꝓ oēs in casu nominatiuo quod alii
faciūt inacusatiuo. Nec miror q bis repli
caueris tū: cū tm̄ primo loco ponere cum
fuisset congruētius: quia librarii presertim
apud te multa corrūpūt. Sed miror cur. bt
Tho. ab ipsis approbatis doctoribus sepa
rasti. Ipse enī deū cām peccati materialiter
fatet etiā p se qn̄ dixit. Est cā p se actus pcī
Et tu ipe dixisti Scotū et Thomam ī snīa
non differre. Ex hoc uideris uniuersa ꝯtra
snīam Thome induxisse: quecūq; contra
Scotum ī ducis. Neq; ego hic secutus sū
alios duces Antiquoꝝ. n. doctoꝝ. ut Ma
gister Snīaꝝ narrat: Fuerūt due uie dicen
di: Vna est quam Thomas et Scoto: et
precipui tenent. ut Deus non sit causa de
formitatis peccati. sed bene actus. Alte
ra ut neque actus neque deformitatis.

Omnes Doctores

Scoto Thomas

Magistri

Scoto Thomas

Quantũ tu hic ĩterdũ ſeq uideris dicẽdo non ẽ cauſa mali ullo pacto nec formaliter nec materialiter: Et ſic neſcio cuius gratia opinioni Beati Thome abrenuntias

Beatus Thomas

Quintum et ſeptuageſimum Mirabile .

Andem permanendo inſimplicitate in choata ſubnectis ꝯfirmando: Aut iſte actus fornicationis eſt malus materialiter ꝓut ſub ẽ cauſationi diuine. Vel ꝓut non ſub eſt: non primo modo: Ergo ſecundo. Et probas ꝙ non: quia ſic eſt res et ens. O pater mi/ cur non uides tot peccata paucis abſte concluſa uerbis . Primo enim actus peccati etiã pro ut non ſub ẽ diuine cauſationi: res quedam eſt et ens. Nam ea rõne qua non ſub eſt ſue cauſationi/ nõ uocatur actus: ſed potius defectus Actus ergo for nictiouis ſemper ens eſt et unum: Verum Bonũ Deinde actus fornicationis materialiter non ẽ malum denominans. ſed ille eſt malus: quia denominatus a malitia . Aut capis actum illum materialiter: hoc eſt ſecludendo abipſo omẽm denominationem et ſic nec eſt bonus nec malus..

Iuſmodi uteris ꝯñia. Deus LXXVI non põt eſſe principalis cauſa rei ꝓut ſue

causationi non sub ē. Ergo impossibile est quod deus sit principalis cā pcī etiā materialiter dicti. Quę ōnia si quid ualet tenet uirtute huius ꝓpositionis. Peccatū materialiter/non sub ē diuine causationi pse que falsa est Sed uideris id probas/quia omne quod sub est diuine causationi pse bonū ē Concedo boītate entis Immo omne qđ pse fit aquocūq; fiat/bonum est eo pacto:

Septimum et Septuagesimum Mirabile

T principiū tui opis/a calce/et ꝯuerso non differat: dicis ultimo. Cōcludimus Deum nullomodo esse perse et principalit̄ cām pcī. Quod quidam dictū falsum esse constat. Nam deus ē pse cā actus peccati: et pcī materialiter: si opinionem Thome simul acScoti tenere uelimus. Non erat opus me rōnibus istis rīdere: cum neq; sint aduerse conclusionibus: neq; indisputatione illa inducte. Tamen ut morem gerere tuę paternitati: ne uiderer tua scripta contempsisse. hęc utcūquę per egi. — Thomas Scoto

MIRABILE

Vm disputationem ī domo Laurentii factam fuisses discripturus. Miror cur etiam rationes illorū: presertim Magistri — Magistri

Menghi tui hac ĩ re patroni nõ in duxeris Ipse eñi contra conclusionem meam duas attulit rationes. Tertiã uero cõtra dictum Comitis et politiani: cũ quibus eruditissi mus platonicus Marsilius pater meus cõ ueniebat Prima eius ratio summebatur a pħo secundo phisi. Vbi sic ait: Summam cãm uniuscuiusq; cãm oportet querere ut quare hic hędificat Quia hędificator ẽ. Quare hędificator? Quia artẽ hędificandi hẽt: Ex quo habet ut summa causa et prinpalis sit illa: ad quã fit ultima resolutio. Sed in ꝓposito Si quis querat ꝑꝑ quod deus nos punit tam atroci pena? Dicitur ob pcũm Adę. Cur autem ipse peccauit? Quia pra uam respondebis uoluntatem habuit. Et hic ẽ status. Voluntas ergo non recta fuit causa sũma et principalis malorũ nostroꝝ. nõ ipse deus. Secunda ratio summitur ex secundo Posterioꝝ. Vbi dicitur quod cã perse est causa uera. Sed deus nõ est causa uera mortis doloris anxietatis. Ergo nec per se. Minor probatur: quia causa uera si

Menghi

Comes
Marsilus

mul est cum effetu suo. Ita quod posita cā ponitur effectus. Deus autem aliquando fuit: quando hęc mala non erant/quia ab eterno. Ergo talium non erit ipse pse causa Tertia ratio eius fuit superius inducta et soluta. Ad primam autem sic respondi: Primo negando eam procedere contra cō clusionem. Nam conclusio dicit deum in genere cause efficientis esse principalem: propter qđ uero agat uidetur notare cām finalem. Quę et si sit principalior: non sequitur: tamen quin efficiēs sit principalis etiam summe ingenere suo. Vbi discripsi duas lineas. Vnam a causa efficiente ad ipsum effectum. Alteram a causa finali ad ipsum causatum. Secundo dixi Peccatum Adę fuisse non causam finalem/ ob quam ut finem. Deus infligeret mala: aut subtraheret nobis bona. Sed ut uindictam summeret de Adam ob scelus tanquam occasi omnē talis finis. Vindictam uero summit ob Iustitiam seruandam. Hoc autem ultīo Quia decet: Quia placet: Quia uult: Ob quod enim ut finem agimus.

illud primum est incogitatione: Vltimum in executione? Quare non fuit peccatum Adę. Vnde illud peccatũ potius est causa efficiens malorum nostrorum per accidens: quam causa finalis. Sicut si quererem Cur sol domum illam illuminauit? Et rñderes Quia talis reperuit fenestram. Vel Cur ignis adurit? Quia lignum ille apposuit. Cur autẽ lignum apposuit? Quia habuit manus. Sicut ergo hic; habere manus nõ est causa persę principalis/ sed occasio: uel causa p accidens principalior. Ita ibi mala uoluntas. Dixi quoq; deum fuisse causam pmissiuam illius male uoluntatis. Taceo quod mala uoluntas nõ fuit causa peccati sed ipso peccato facta est mala. Secus abiremus i infinitum. Voluntas enim bona uel neutra moraliter est causa primi mali: ipsam denominantis. Vnde occasio prior fuit apprehensio illius obiecti: uel actus sub ratione appetibilis: Vel propria libertas: Quia sic placuit. Taceo quod mala uoluntas Ade nequit esse causa principalis mali nostri presentis.

cum ipsa nō sit amplius talis et possset abso lute nullo modo esse. Non ens aūt nō ē cā efficiens pse entis. Taceo ꝙ ex mente phī multe possūt esse cause pse et principales: quę tn̄ nō sunt summe. Ad secundum Ne gaui minorē. Ad ꝓbationē dixi ꝙ ī causis naturalibus necessario agētibus ita erat nō in uoluntariis cōtingēter causantibus. Ac etiā / quia ad actionem non requiritur solū essentia cause: sed approximatio passi. Vt patet de igne non cōburente. Deus aūt ad hoc ut agat opus ē uelit: et ꝓ tunc uelit: et non solum ut sit aut ut uelit. Taceo alium defcūm. Ex hac enī rōne seqt̄ ꝯtra arguētē Nam sub maiori ꝓbationis illius assumā minorem. Sed mala uolūtas Adę alñ fuit qn̄ malum nostrū non erat / et malū nostrū nunc ē / qn̄ uoluntas Adę mala nō ē. Ergo nō ē uoluntas illa causa hoꝝ maloꝝ p se Q̄d ipse ꝓbare nitebat̄ Hic / ut fieri solet / eminus atq; cominusq; decertauimus. Neque res in altud fuit de ducta. Et illico nuntius uenit: ut ipse cum eruditissimo phō. M. Bernardo Tornio accederent ad Venustissimā Murclinam curandam: quę ea ipsa die uiam uniuerse carnis obstupēte

Bernardus Torinus

cuncto Florentino populo/ ingressa est.
Cuius rei gratia ipse Magister Bernardus
ratones proprias inducere non ualnit.

Magister Bernardus Nicolae Karulus

Ebueras insuper Nicolae pater fratris
nostri Theologi egregii. M: Karoli
Diue Annuntiate Regentis rões iducere
Qui rões gratia honoris tam excellentis
consensus/ non gratia impugnãdi ullam
nostrarũ conclusionem attnlit. Et rationes
sue tangebant duo pũcta. Primo fundamẽ
tũ positionis: siue presuppositũ quoddam
Secundo illud concessum poene insunt no
bis rõne peccati Adę. Vñ primo sic ratio
tinabitur. Fundamentum positionis est
falsum: ergo et positio. Discursus bonus
Antecedens probatur Fundamentum Sco
ti ẽ: peccatum dicere duo: actum et difor
mitatem. Sed hoc fundamentum ẽ falsum
Et ꝓbatur. Oĩs actus posituus substractus
diformitati/ est prior diformitate et sepera
bilis ab ea realiť. Sed actus ille ꝑ doctorẽ
est eiusmodi Ergo ẽ seperabilis ab ea realiť
Minorẽ ꝓbauit: rõne: te auctoritate. Auc
toritate in quá ipsius Doctoris acutissimi
Quẽ ĩpe quoqꝫ semꝑ doctorẽ suũ/ Nam
eũ ĩgenio imitatur/ Vocare solet rõne sic

Scotus

Doctor

Nam omne prius realiter distinctum: eo modo quo realis distinctio cadit inter posi tiuũ et ꝓuationẽ ẽ sepabile realit̃ a postero ri Ipse etiam doctor insecundo ĩquit. Vbi quęrit. Vtrum peccatũ sit corruptio boni incorpore. q. dicit sic. Iste actus qui est in potestate discordantis: et ꝑhoc uolũtarius non est formaliter peccatũ: quia si esset cõ cors regule superiori; non esset peccatum. Ex his sic ĩtulit. Ergo actus ille ẽ indrẽns ad elici conformiter et diformiter. Et ita ꝑ or realiter ipsa diformitate. Quo concesso arguebat sic. Ex hoc sequitur ut homo da ri posset: qui neq̧ sit amicus neq̧ inimicus Si uoluntas põt sistere in illo actu neutro. Sed antecedens est impssibile. Quia talis nec posset saluari cum sit sine gratia. nec damnari: Quia sine peccato formaliter. Quid Ergo erit de illo? Quo ad secũdum attulit duo media. Sic primo arguendo: Poene insunt nobis anatura: ergo nõ rõne pcĩ Adę. Consequentia bona. Quia impo sibile ẽ eũdem effcũm prouenire aduabus causis hñtibus oppositũ modũ prĩcipiãdi ut sunt natura et uoluntas. Añs probatur. Quia difficultas ab bonũ ẽ pena et ꝓuenit

Doctor

a natura. Ergo et alie. Secūdo sic. Mūdus minor debet esse cōformis maiori. Sed hō est mundus minor. Quia nos sumus quo dam modo finis omniū / ex secūdo phi. Ergo. Nunc aūt in maiori mundo inferiores orbes motu contrario mouentur orbi supiori / ut patet primo de celo et mūdo. Ergo pari rōne sensitiua homīs natura mouetur cōtra iudiciū rōnis. Cū ergo rebellio talis maxie dicať ob pcūm accidisse: que tñ natura hoī ī est. Ergo et uniuersa huiusmodi Hęc ipse: Quibus ita rñsum ē: et rñderi nunc difusius pōt: ɔcedendo pcūm intdū hoc ē: qñ ē pcūm comissionis dicere duo / uidelicet actū et diformitatem eius ad preceptū. In pcō tñ obmissionis pure (Nam interdum sunt hęc pmixta: ut cū quis contemnendo pretermittit ieiuniū uel orōnem erit iuoluntate diformitas absq̧ ullo actu. Immo talis diformitas fundať ī negatione actus. Vel presupponit illam negationem Non ieiunando naq̧ efficior diformis precepto / sicut et aliquid mali uolendo. Sed dicet quispiam ibi esse actū interiorem. uidelicet ipsum nolle ieiunare. Rñdeo. Sat mihi erit: ut aliñ sine ullo actu interiori et

exteriori quis potest peccare: quia nil ad uertentes aut considerantes de prcepto transgrediuntur preceptū ut patet ī dormientibus et quibusdā ebriis: et inconsiderate agentibus. Sufficit nobis pro Scoto: ut pcūm aliquando sit ī actu fundatum. Et ꝙ actus ille sit ꝓpria natura seperabilis a diformitate. Tamen non ī illo qui ad preceptū obligatur stante precepto. Vnde Sco . in prima dis. p̄. q. scd̄a. ar. t̃tio dicit Licet in potestate uoluntatis sit elicere actum peccati uel nō elicere: tamen si actus positus ex natura sui hēat deordinationem non est in potestate uoluntatis ut actus sit positus in esse: sit uel non sit deordinatus. Ex his negatur. Vt actus peccati sit indifferens Neque Scotus in secundo illud intendebat cum diceret. Si esset concors regule superiori: non esset peccatum/ ac si stante precepto posset esse concors: sed quia ratio peccati est discordare

Scotus

Scotus

precepto · Ille tamen actus ablato
precepto: possiet esse indifferens. Et
si preceptum fieret in oppositū: esset
etiam meritorius. Ex his patet quod
non sequit̄ ex illo ut aliquis sit nec a
micus nec inimicus. Quāuis illud
sit possibile de potētia quā uocamus
Scotus absolutā: ut Scotus cōcedit ī quarto
Sed dices hic nunꝗ uidebit diuinā
essentiam/ergo damnabitur. Illud
aūt ē maxima poena: ergo nō dabit̄
nisi inimico. Rn̄deo. Mors boui est
naturalis/nec tn̄ illa sibi ē poena ob
inimicitiam: quę filiis Adę nunc est
poena. Ita si Deus crearet hoīem ī
puris naturalibus moreretur neq; ui
sionis diuine foret particeps. hęc tn̄
sibi non essent pena/ sed naturę con
ditio: Nobis aūt poena ē: quia dono
supernali ab his malis preseruati fu
issemus. si non peccauissemus. Et ex
hoc patet solutio aliaꝝ. duaꝝ. ōnum
Nam difficultas et rebellio sensus ī
nobis cū dono celesti et diuino mu

nere non fuissent. Neque de essentia uirtutis simplicit̃ ẽ dificultas. Neq; minor mũdus ẽ opus sit omnimode similis maiori. H ę namq; similitudines sunt metaphoricę. Difficultas etiam uirtutis ut placet Scoto ĩ fine tertii / consistit inexcellentia obiecti per se: circa quod facilius mente o/peramur: ut habetur secundo de aĩa Nã ĩtellectus abexcellẽtissimo uires suinmit. Sensus corrumpit̃. Multa hic possem afferre: sed non est opus: cum patri arguenti cã honoris mei/ dumtaxat/ hęc sint notissima.

Scotus

Scdo deaĩa

MIROR Tandem pater optime Cur nil scribas de his quę magnus toto in orbe LAVRENTIVS inmedium attulit Cum tamen disputationem in Domo LAVRENtii factam inscripseris. Ipse enim diligẽter et acute ut nosti tria potissimum rogabat. Primo quidem. Quod fuerit peccatum Adę. Deinde.

Magnus Laurentius

An Deus produxerit primum malū uelle Luciferi/ cū illud esset ipsi deo contradictorium. Tum quid ipsum induxit ad peccandū: cū agnosceret deū esse summę bonitatis et sūmę

Comes uirtutis ac potentie. Vbi Comes ēt noster duo attulit. Primum est. Cur Adam non erubuerit nisi post esum ligni uetiti/ cum tñ antea peccauerit mente ut certum est. Alterum: quid

Augusti est quod Augustinus super genesim dicat ī mente primi homis añ tēptationem elationē precessisse. Quę ui debantur duo paradoxa. Quorum

Augusti alterum dum negaretur fuisse ab Au

Angelus gūstino dictū Angelus Pollitianus

Comes codicem attulit: et ut Comes aiebat duobus in capitulis illius libri clare perspeximus. Quam quidem sentē

Marsilus tiam eruditus Vir pater meus Marsilius Ficinus ita nō incongrue glosabat. Vt illa elatio precesserit secundum quādam dispositonem nō actū

Minister Reuerendus autem Minister Iustię

Ordinis Nostri MAGISTER PAVLVS DE FOSSETO. Magistri Pauius

Videbatut uelle ut illa nō pcessisset aut fuisset peccatū ueniale. Sed sibi respondebatur. Primum peccatum hominis non fuisse ueniale. An aūt fieri potuisset Scotus tenet quod sic Thomas ecōtrario. Tria tua dubia et duo Comitis paradoxa Magnanīe LAVRENTI. quia īdisputatione illa non fuerunt enucleata/ et me urget impressoris in petendo pecuīas importunitas (Nam opus ultra facultatem excreuit / preter mitto Alias illa si opus fuerit declaraturus

Scotuus Thomas Comes Laurentius

CONCLVSICNES

Prima ɔclu

Omnis effectus siue boni siue mali/ quodcūq; malum sit nomen habens tale Deus gloriosus est causa per se et principalis.

Scd̄a ɔclu

Omnis mali qualecūq; sit illud: qd̄ precise patimur obculpā Adę Deus altissimus infligendo aut subtrahendo est causa principalis.

Tertia conclusio Peccatũ Adę quouismodo sumptũ nec potuit nec pōt nec poterit ullum nobis in fligere malum: aut bonum subtrahere: nisi occasionaliter.

Quarta conclusio Pcũm Adę fuit pluriũ sine maiorũ bonorũ quã maloꝝ causa: presertim tenendo opinionem Beati Thome Aquinatis

Quĩta con Si Adam non peccasset / nullus hominũ diuiana gratia preditus fuisset

Sexta con Minus pcũm formaliter . pōt sequi maior poena accidentaliter.

Septĩa con Dicere deũ bñdictũ esse cãm peccati ẽ multimoda ueritas : et nulli moda heresis. Vide huius glosam supius

Octaua cõ Minimũ pcũm pōt ordinari maxiã poena: et maximum minima.

Nona con Omne malum extrinsecus impunitũ et bonum remaneat irremuneratum non contradicit.

Hę conclusiones Paradoxa illi uidebantur.

τελος

Impressum Florentie.

Tertia conclusio	Peccatū Ade quoquomodo sumptū nec potuit nec pōt nec poterit ullum nobis in fligere malum: aut bonum subtrahere: nisi occasionaliter.
Quarta conclusio	Pctm Ade fuit plurū sive maiorū bonorū quā malorū causa: presertim tenendo opinionem Beati Thome Aquinatis
Quinta con	Si Adam non peccasset nullus hominū divinam gratiam predictus fuisset
Sexta con	Minus pctm formaliter : quā sequi maior poena accedentaliter.
Septia con	Dicere deū bñdictū esse cāiu peccati e nullo modo heresis : et nullo modo heresis. Vide huius glosam supius
Octaua cō	Minimū pctm pōt ordinari maiori pena et in maximum malum.
Nona con	Omne opus [illegible] cōplecens impunitū et bonum remanet: [illegible] non confitetur.
	Hi conclusiones Paradoxe illi inde [illegible]

Impressum Florentie.

